In nomine Dei eterni, amen. Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo quadragesimo sexagesimo tertio, die vi- gesimo tertio mensis iunii, inductione undecima, Rivoalti. Cum hoc sit quod alias ego Iacobus Mauroceno quondam domini Victoris tamquam sindicus et procurator venerabilium dominarum monialium monasterii et conventus Sancti Iheronimi Venetiarum obti- nuerim certam sententiam ducatorum mille auri contra hereditatem et bona bone memorie reverendissimi in Christo patris domini domini Polidori Foscari olim archiepiscopi Iadrensis in favorem dicti monasterii, manibus dominorum curie iudicum curie pro- curatorum comunitam, factam, completam et roboratam manu domini presbyteri Marci de Marchetis Venetiarum et dicte curie notarii sub anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo qua- dragesimo sexagesimo primo, mensis octobris die tertio, indica- tione decima, Rivoalti, que quidem sententia certis legi- timitis et rationabilibus causis nullum unquam sortita fuerit effectum, ea- propter manifestum facio ego predictus Iacobus Mauroceno quon- dam prefati domini Victoris quia tamquam sindicus et procurator et sindicario ac procuratorio nomine predictarum dominarum monialium, monasterii et conventus Sancti Ieronimi, sicut de predictis sindicatu et procura constat instrumento publico, rogato penes notarium infrascriptum sub anno a nativitate domini nostri Iesu Christi millesimo quadragesimo sexagesimo^{a)} sexto, indic-

a) segue depennato sex A

tione nona, die quartodecimo mensis martii, Venetiis in monasterio predicto, cum potestate plenissima componendi et remitendi et quamplura alia peragendi nomine quo supra, cum consensu tamen et voluntate predictarum dominarum monialium et conventus dicti monasterii, ut dixi, ac omni alio meliore modo, via, iure et forma, quibus magis et melius fieri potest, remito et renuntio vobis spectabili et prestantissimo domino Filippo Foscari tamquam heredi sive successori bonorum prefati quondam domini Polidori vestri fratris, absenti sed tamquam presenti, omne et quodlibet ius omnemque actionem et rationem realem et personalem quod et quam ipse domine moniales, monasterium, conventus et ecclesia tam simul quam divisim habent et haberent seu habere pretendebant ac petere poterant et vellent ab hereditate et de bonis predicti quondam domini Polidori tam vigore predicte sententie late ad predictam curiam dominorum iudicum procuratorum et sequorum ac dependentium ab eadem sententia quam vigore cuiuscumque breviarii sive testamenti ipsius quondam domini Polidori, cui quidem breviario sive testamento ex nunc renuntio. Et in signum huiusmodi renuntie vobis dedi et restitui sententiam predictam quam contra vos dicto nomine obtinueram de predictis ducatis mille auri. Et ulterius sum contentus, sum contentus et volo quod omnes denarii qui ex causis predictis sunt et esse repperiuntur tam penes magnificos dominos procuratores Sancti Marci de supra quam penes ser Iohannem Bernardum de Aleotis gastaldionem serenissimi domini ducis spectantes dicto monasterio usque ad summam ducatorum octuaginta auri vel circa dentur et restituantur vobis prefato domino Filippo, de quibus ex nunc reddo prefatos dominos procuratores ac ipsum gastaldionem securos in perpetuum pariter et quietos, quia nil inde remansit unde ex predictis ducatis octuaginta vel circa possim vel velin^{b)} eos amplius requirere sive compellere in iuditio et extra per ullum ingenium sive modum. Quos omnes denarios similiter vobis remito et renuntio ac in omni vestra potestate relaxo, promitens cum meis successoribus dicto nomine super premissis omnibus et quolibet eorum fieri et observari facere omnem et quilibet cautionem, confirmationem

b) così A

et securitatem opportunam, ad hoc quod presens instrumentum in omnibus et per omnia suu^{c)} debitum sortiatur effectum. Pro quibus quidem omnibus et singulis melius et firmiter atendendis et observandis obligo vobis et vestris heredibus prefatum monasterium et conventum suosque successores et bona quecumque mobilia et immobilia presentia et futura. Si igitur contra hanc renuntiationis et remissionis cartam ire temptavero, tunc emendare debebam dicto nomine cum meis successoribus vobis vel heredibus vestris auri libras quinque, et hec renuntiationis et remissionis carta in sua nichilominus roboris firmitate perduret. + Signum supra scripti spectabilis et generosi domini Iacobi Mauroceno quondam domini Victoris, qui procuratorio et sindicario nomine quo supra hec fieri rogavit.

+ Ego^{d)} Franziscus de Iuliani strazarolo testis subscrispsi.

+ Ego Nicholaus de Chodroopo quondam Pauli testis subscrispsi.

SN Ego Bartholameus de Camuciis quondam domini Thome Venetiarum notarius complevi et roboravi.

c) così A d) queste due firme sono scritte da mani diverse in A

172

*Patti fra Michele Foscari e Martino di Pietrino da Bergamo,
caniparius dell'osteria della Stella a San Maffio presso Rialto,
relativi alla fornitura di malvasia per i cinque anni seguenti*

1464 aprile 5

Strumento notarile (perg.): ScRos b. 37 mazzo 7 proc. 24 f. 5 (A). Sul verso nota di Michele Foscari: *Hobligation de Martin da l'Astra de tuor malvasie da mi per ani 5.*

In Christi nomine, amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadragesimo sexagesimo quarto, inductione duodecima, die iovis quinto mensis aprilis, Venetiis ad stationem mei infrascripti notarii positam in Rivoalto, presentibus ser Petro Iohannis a Ttellis

de confinio Sancti Moysi et ser Iacobo Basinello ser Francisci de confinio Sancti Hyeremie, testibus ad hec vocatis et rogatis. Ibique nobilis vir dominus Michael Foscari generosi domini Philippi de confinio Sancti Proculi ex una parte et ser Martinus Petrini de Pergamo caniparius ad hospitium Stelle in confinio Sancti Maphei de Rivoalto ex altera parte ad infrascripta pacta et conventiones unanimiter pariter devenerunt in hunc modum et formam, videlicet quod predictus ser Martinus se obligando promittit et convenit cum ipso domino Michaele usque ad annos quinque proxime futuros accipere ab eodem domino Michaele seu ab alio eius nomine totam illam quantitatem monovasie que sibi sufficiet pro usu dicte eius canipe; et aliter et alio modo per se nec per alium eius nomine sub aliquo ficto colore presumat neque possit ab aliqua alia persona emere nec accipere monovasiam pro dicta eius canipa et eiusdem canipe usu nisi ab ipso domino Michaele, durante termino ipsorum annorum quinque; nec etiam possit neque valeat ipse ser Martinus vendere per se nec per alium vendi facere dictam monovasiam in civitate Venetiarum alicubi quam in canipa ipsius ser Martini, ipso Martino faciente et exercitante ministerium caniparie. Quod si non faceret nec fieri faceret, isto casu non intelligatur in aliquo obligatum fore vigore presentis contractus eidem domino Michaeli. Et e converso predictus dominus Michael convenit et se obligavit dare seu dari facere eidem ser Martino bonam et sufficientem monovasiam pro usu dicte canipe toto tempore annorum quinque in ratione ducatorum decem septem auri *(pro)* singula amphora, non possendo sibi augere pretium dictae monovasie ultra suprascriptum specificatum, intelligendo quod predictus dominus Michael sit obligatus tenere fulcitam dictam canipam et ipsi Martino traddere seu tradi facere de butta in buttam. Et similiter solvere teneatur ipse Martinus secundum quod accipiet ipsam monovasiam, videlicet de quantitate recepta ab eodem domino Michaele seu ab alio eius nomine, intelligendo etiam quod, si dictus dominus Michael non faceret mercantiam monovasie prout de presenti facit, non sit obligatus in aliquo dicto Martino ad dandum monovasiam ut supra dictum est. Que omnia suprascripta hinc inde promissa promisserunt sibi adinvicem attendere et observare sub obligatione suorum bonorum presentium et futurorum cum ref-

fectione dannorum, interesse et expensarum littis et extra, in quibus ipse partes incurere possent occaxione predicta, rogantes me notarium ut de predictis confitiam instrumentum tociens relevandum quotiens fuero requisitus.

SN Ego Bertutius Trioli natus domini Philippi de Venetiis, publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius iudexque ordinarius, predictis omnibus presens et^{a)} una cum domino genitore meo rogatus fui simul et in solidum et in fidem scripsi et publicavi sub meis signo et nomine consuetis.

a) corretto da ut (?) A

173

*Quietanza di Giovanni di Marino Lando per aver ricevuto
da Filippo Foscari, padre della consorte Sterina, la dote secondo
i patti nuziali*

1464 giugno 28

Strumento notarile (perg.): ScRos b. 37 mazzo 7 proc. 23 f. 1 (A).

In Christi nomine, amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, indicione duodecima, die vigesimo octavo mensis iunii, Venetiis ad cancellum mei notarii in confinio Sancti Bassi, presentibus ser Anthonio intaiatore ser Francisci et magistro Bortholomeo de Maganza curazario, testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis. Ibique nobilis et sapiens vir dominus Iohannes Lando quondam domini Marini manifestum fecit et confessus fuit habuisse et recepisse a spectabili et generoso viro domino Philipo Foscari quondam domini Franzi pro docte et doctis nomine nobilis et generose domine Sterine filie dicti domini Philipi, consortis ipsius domini Iohannis, auri ducatos duo millia in pecunia numerata et in bancho et ducatos trecentos auri in rebus sibi datis, qui in summa sunt auri ducati duo millia trecenti, a dicto domino Philipo sibi promissos tempore sui matrimonialis contractus. Quorum ducatorum duorum millium trecentorum duo ter-

tia dictus dominus Iohannes ex forma suorum pactorum matrimonialium tenetur et obligatus est in carta doctis pro docte dicte domine Sterine consortis sue ponere tantum, et reliquum tertium prefato domino Iohanni donatum est et libere suum esse et remanere debet. Que quidem duo tertia dicatorum ducatorum duorum millium trecentorum, in carta pro docte sua ponendorum, promittit dictus dominus Iohannes Lando bene tenere, servare et custodire et in omnem eventum doctis restituende prefate domine Sterine consorti sue sive pro ea causam habenti sine aliqua exceptione restituere. Ideo plenam et irrevocabilem securitatem, finem et quietacionem dictus dominus Iohannes Lando facit de dictis ducatis duabus millibus trecentis, sibi ut supra promissis et per eum habitis et perceptis, prefato domino Philipo Foscari ibi presenti, stipulanti et recipienti, quia plene persolutus est et cum integritate appacatus et satisfactus, promittens nullo unquam tempore de dicta docte sibi promissa predicto domino Philipo nec dicte domine Sterine litem movere nec movere volenti consentire, sed semper eos indempnes conservare, ac promittens et se obligans in omnem casum doctis restituende prefate domine Sterine consorti sue sive pro ea causam habenti cum effectu dare et restituere dicta duo tertia dicatorum duorum millium trecentorum sub pena damnum, expensarum et interesse litis et extra. Pro quibus attendendis et observandis se^{a)} et omnia sua bona mobilia et immobilia, ubique sita et posita, obligavit usque integrum solucionem et satisfactio- nem omnium premissorum.

SN Ego Thomas Bernardo de Venetiis, publicus imperiali auctoritate notarius, predictis interfui, rogatus scripsi signumque meum notarie apposui consuetum in fidem et testimonium omnium premissorum.

a) se et *in interlinea A*

174

Iscrizione alla balla d'oro di Niccolò Foscari di Giacomo

1465 novembre 5

Registrazione cancelleresca (cart.): AvogC reg. 164/3 f. 174 (**D**).

MCCCCLXV, die v^{to} novembbris. Nobilis domina Lucrecia Foscari relicta quondam ser Iacobi Foscari scribi fecit nobilem iuvenem ser Nicolaum Foscari quondam ser Iacobi, quem intendit scribi facere ad ballotam aureatam pro veniendo de maiori consilio in festo sancte Barbare. Quem affirmavit suo sacramento esse etatis annorum xviii^o complectorum, et hoc sub pena librarum ii^c, si secus reperietur. Similiter affirmavit ipsum esse filium legitimum suum, natum ex legiptimo matrimonio ex ea et ex quondam viro nobile^{a)} ser Iacobo Foscari eius viro legitimo, et hoc sub pena librarum v^c, si aliter reperietur. Pro quibus omnibus penis se constituit principalem, et plezii viri nobiles ser Phylippus Foscari maior et ser Andreas Conttareno ser Leonardi, qui iuraverunt coram dominis Francisco Balbi, Bernardo Iustiniano milite advocatoribus et Hec-tore Pasqualigo consiliario.

a) così D

175

*Sentenza dei Giudici del procurador con l'approvazione
dei diritti di Filippo Foscari derivanti dal chirografo di suo fratello
Polidoro steso nel 1433*

1466 gennaio 13

Strumento notarile (perg.): ScRos b. 30 mazzo 5 proc. 2 f. 2 (**A**).Copia della fine del sec. XV (cart.): ivi, f. 3-3'. Preposto è: + *Iesus Maria*. Le varianti nel testo sono esclusivamente di carattere ortografico.Copia del sec. XVI (cart.): ivi, f. 4-6'. Il copista, Domenico Bassadonna, *scriba ad iudicatum procuratorum*, rivela la sua fonte: *ex libro autentico dicte curie*. All'inizio è scritto: *Exemplum*, la "datatio" è ridotta a:

Die XIII^o ianuarii, 1465. La stesura del testo corrisponde esattamente ad A, tranne qualche svista e le solite differenze ortografiche, ma il secondo giudice è chiamato *Gaspar Renerio*, e manca l'indicazione dell'ammonitare delle spese del processo; inoltre sono assenti tutte le firme poste alla fine sia del documento del 1433 sia di quello del 1466.

In nomine Dei eterni, amen. Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo quadrigentesimo sexagesimo quinto, mensis ianuarii die XIII^o, indictione XIII^a, Rivoalti, presentibus Baldasare Bartholomei et Gervasio Andree preconibus, testibus ad hec vocatis et rogatis. Nobiles viri domini Tomas Salamono, Gaspar de Renerio et Ieronimus Capello honorabiles iudices curie procuratorum, audita petitione dominorum Micaelis et Francisci Fuscari, fratrum et filiorum spectabilis domini Philipi, tamquam in curia scriptorum pro dicto spectabili domino Philipo petente infrascriptum cirographum iuxta litteram sententiari, et audita responsione nobilis domini Nicolai Mudatio advocati spectabilium dominorum procuratorum de supra tamquam furnitorum testamenti per breviarium relevati reverendi quondam patris domini Polidori Fuscari olim archyepiscopi Iadrensis, respondentis multa et plura, que domini iudices diligenter intellexerunt, et maxime quod domini iudices iustitiam faciant, viso dicto cirographo et visa quadam testificatione in curia annotata ser Ioannis de Brutis testificantis dictum cirographum esse de manu dicti quondam domini Polidori Fuscari, consideratis considerandis, dato imprimis sacramento dictis dominis Micaeli et Francisco tamquam in curia scriptis ut supra et ipsis dicto nomine iurantibus bene sententiatum ut infra, per sententiam, laudum et arbitrium, per iustitiam et suum officium sententiando sententiaverunt dictos dominos furnitores ad dandum et solvendum, consignandum et omnia faciendum in omnibus et per omnia sicut inferius in dicto cirographo legitur, habetur et continetur iuxta tenorem, formam et conditionem ipsius cirographi, condemnantes dictam furnitionem ad expensas cause, que sunt ducati tres grossi 5^{a)} auri^{b)}, dantes dicto spectabili domino Philipo Fuscari ad intromittendum omnia bona tam mobilia quam

a) corretto da 2 A b) inserito in A nello spazio rimasto prima della parola seguente

stabilia et denarios dicte furnitionis, qui et que fuerunt dicti quondam domini Polidori Fuscari, ubicumque et^{c)} apud quoscumque poterunt reperiri, in omnibus et per omnia iuxta formam, tenorem et conditionem dicti cirographi usque ad integrum et perfectam solutionem ac satisfactionem dicti cirographi. Cuius quidem tenor per omnia sequitur et est talis:

Segue il testo del n°108.

- + Ego^{d)} Tomas Salamono iudex procuratorum subscrispi.
- + Ego Gaspar Renerio iudex procuratorum subscrispi.
- + Ego Ieronemus Chapello iudex procuratorum subscrispi.

SN Ego presbyter Iacobus Berengo, canonicus Venetiarum notarius ac curie procuratorum, complevi et roboravi.

c) segue depennato q A d) le tre firme sono inserite da mani individuali in A

176

*Sentenza dei Giudici del procurador riguardante l'istituzione
dell'ospedale di Murano*

1466 agosto 14

Strumento notarile (perg.): ScRos b. 25 mazzo 2 proc. 8 f. 15 (**A**).

Copia del 1526 o poco dopo (perg.): CodFos f. 50-51' (**F**). Questa trascrizione, a differenza degli altri documenti presenti nel codice, non è provvista di autenticazione notarile, né viene indicata la fonte da dove fu tratta. Qui non si registrano le varianti ortografiche – ad esempio *Foscari* e l'uso dell'e cedigliata – nonché le omissioni di singole parole.

In nomine Dei eterni, amen. Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo quadrigentesimo sexagesimo sexto, mensis augusti die XIII^o, indictione XIII^a, Rivoalti, presentibus Gervasio Andree et Laurentio Pignolo^{a)} preconibus, testibus ad hec vocatis

a) lettura dubbia in A

et rogatis. Coram presentia infrascriptorum dominorum iudicum curie procuratorum comparuerunt spectabilis dominus Philipus Fuscari quondam domini Francisci et dominus Ludovicus Fuscari vice ac nomine spectabilis domini Marci Fuscari procuratoris, eius patris, quondam domini Nicolai, exponentes quod, cum quondam magnificus dominus Nicolaus Fuscari olim miles^{b)} per suum ultimum et authenticum testamentum sic inter cetera duxerit ordinandum, videlicet:^{c)} « Item similiter volo et ordino quod pro anima mea et meorum mortuorum meum hospitale inceptum ... non bene se haberent seu haberet, ut dictum est » et cetera, ut in ipso testamento legitur, venerunt igitur dicti exponentes in collocutionem et compositionem simul cum dictis spectabilibus dominis procuratoribus, commissariis antedictis, et dicti de ca' Fuscari porrexerunt dominis iudicibus in scriptis opinionem ac voluntatem suam tamquam avidi et cupientes quod dispositio testamentaria dicti quondam spectabilis domini Nicolai Fuscari, sicuti omnis iustitia suadet, suum sortiatur effectum, eo magis quod^{d)} hec res ad pietatem^{d)} et benefitium anime sue pertinet, petentes per dominos iudices approbari et confirmari debere. Cui quidem opinioni ac voluntati dicti spectabiles domini procuratores etiam in iuditio dederunt secundum opinionem suam quandam reformationem in scriptis seu additionem ad ea que dicti de ca' Fuscari porrexerunt, que ambe in presenti curia producte sunt et ad perpetuam rei memoriam annotate et registrate. Et instantibus etiam dictis dominis procuratoribus petita per dictos de ca' Fuscari secundum suam reformatio- nem fieri debere, auditis quoque oretenus partibus et omnibus que ipse dicere atque proponere voluerunt,

nobiles domini iudices – videlicet dominus Gaspar Rainerio et Ieronimus Capello honorabiles iudices curie procuratorum, absente domino Toma Salamono tercio sotio eorum –, viso testamento predicto et visa in scriptis opinione dictorum spectabilium dominorum procuratorum seu reformatio- ne ac opinione et voluntate dictorum de ca' Fuscari, attento desiderio eorumdem de ca' Fusca-

b) corretto su procurator A c) Brano tratto dal n° 24: i c. 3-7 sono copiati assai fedelmente, omessa però la descrizione dei confini del terreno di Ronchi. d) proprietatem F

ri in faciendo quod in totum voluntas dicti quondam domini Nicolai eorum proavi executionem habeat, consideratis preterea^{e)} merito considerandis, maxime quod nihil esse potest tam pium, tam iustitie consentaneum quam voluntates testatorum^{f)} exequi, in eis precipue que testatores ordinant pro beneficio et remedio animarum suarum,

per laudum et arbitrium, per iustitiam et suum offitium terminando dixerunt, terminaverunt ac declaraverunt quod dicti spectabiles domini procuratores de ultra, qui ad presens reperiuntur ad gubernationem dicti hospitalis, possint et debeant ponere in habitatione dicti hospitalis pauperes^{g)} duodecim continuo commoraturos in dicto hospitali secundum formam dicti testamenti et quod pro congrua et sufficienti substentatione dictorum pauperum et ministrorum dicti^{h)} domini Marcus et Philipus Fuscari teneantur et debeant dare staria quadraginta duo frumenti et quartas centum vini, intelligendo de eo vino quod nascitur seu colligiturⁱ⁾ de prefatis possessionibus et de meliori, et carra quadraginta lignorum et ducatos octo pro feminis que habeant dictis pauperibus deservire pro mercede sua, item libras viginti quatuor parvorum quolibet et singulo mense pro expensis, qui denarii computentur de illis prodibus que sunt ad cameram imprestitorum pertinentia ad dictum hospitale, declarando tamen quod dicti de ca' Fuscari sint obligati dare principium premissis et suprascriptis rebus de 1467 die vigesimo iulii et postea successive annuatim, sicut supradictum est, et insuper quod institutio et destitutio pro tempore fiende de prioribus dicti hospitalis spectet ad dictos spectabiles dominos Marcum et Philipum Fuscari, et hoc ut serv[e]tur^{j)} ordo dicti testatoris^{k)} in ea parte ubi dictus testator voluit aliqua prerogativa honorare dictos suos de ca' Fuscari, item et quod dictum hospitale et domus de Muriano teneatur in contio et in culmine precise et in omnibus iuxta seriem^{l)} et ordinem dicti testamenti; et si casu eveniret quod dicti de ca' Fuscari premissa non attenderent et cum effectu non curarent predicta observare, tunc et eo casu dicti domini procuratores de ultra possint et debeant in se accipere et exigere omnes

e) propterea *F* f) testatorum *F* g) *segue* duo *F* h) antedicti *F* i) colligatur *F* j) servet *F* k) testamentis *F* l) formam *F*

introitus et redditus^{m)} dictarum possessionum de Ronchis et de Zelarinoⁿ⁾ et dicta proda^{o)} imprestitorum usque ad perfectam et integrum satisfactionem omnium premissorum; non preiudicante tamen presente terminatione in aliquo nec unquam valeat oppositio seu cavillatio aliqua quomodocumque alicui iuri et actioni dictatorum heredum et proheredum et descendantium masculorum dicti quondam domini Nicolai Fuscari secundum continentiam et dispositionem dicti sui testamenti.

+

- + Ego Gaspar Rainerio iudex procuratorum subscrispi.
- + Ego Ieronimus Chapello iudex procuratorum subscrispi.

SN Ego presbyter Iacobus Berengo canonicus Veneciarum^{p)}, curie procuratorum et Veneciarum notarius, complevi et roboravi.

m) exitus *F* n) gelarino *A* o) prodia *F* p) veronensis *F*

177

*Descrizione di una casa grande con corte e orto venduta
da Marco Foscari a Ginevra (vedova di Ostasio di Obizzo
da Polenta)*

prima del 1467

Abbozzo (cart.): NTest b. 985 (Francesco Rogeri) in un fascicolo di carte aggiunte ai testamenti, senza n° (A). Scritto verso la metà del sec. XV. Notizia nel margine sinistro del foglio, vicino all'inizio del testo: *Preco cum quo accepi confinia fuit Baldessar Bartholomei nomine Petri Valent(is) eius socii et preconis.*

+ Yesus +

Venditio facta per spectabilem et egregium dominum Marcum Foschari honorabilem procuratorem Sancti Marci de citra magnifice domine Zenevre consorti magnifici et potentis domini domini

Cunctam et super totam unam proprietatem terre et case cohoperatam et discohopertam, que est una domus magna a statio, que comprehendit tam subtus se quam supra se a terra usque ad tectum

cum tribus suis curiis seu spongiis ac putheis in illis situatis et cum sua terra vacua penes unam ex curiis seu spongiis predictis, posita ad manum sinistram intrando in ipsam proprietatem, et cum sua terra vacua sive orto a parte posteriori eiusdem proprietatis situata, cum suisque revetenis seu canibus positis per supra viam comunem discurrentem ad ecclesiam Sanctorum Symonis et Iude et alio ac cum sua scalla petrinea nec non cum suo furno in una curiarum predictarum situato, tota simul coniuncta posita est in confinio Sanctorum Symonis et Iude,

secundum quod ipsa proprietas firmat ab uno suo capite per totum cum suis muro et revetenis seu canibus in et supra dictam viam comunem, unde habet introitum et exitum,

et ab alio suo capite firmat partim a terra usque ad tectum cum^{a)} suo muro in calizello^{b)} de grondalibus comuni huic proprietati et proprietati^{c)} de cha' Minio et^{d)} de cha' Venerio et partim firmat cum muro sui orti in callizello de grondalibus comuni huic proprietati et proprietati domine Clare Venerio et partim firmat in^{e)} muro comuni huic proprietati et terre vacue seu curie nobilis viri ser Phillipi Foschari^{f)} *** filii quondam domini Franz et partim firmat cum sua terra vacua a parte anteriori situata in^{g)} muro huic^{h)} proprietati comuni et terre vacue seu orto mei Marci Foschari,

ab uno suo latere firmat partim inⁱ⁾ muro comuni huic proprietati et proprietati^{j)} ecclesie Sanctorum Symonis et Iude et partim firmat^{k)} in muro comuni huic proprietati et ipsis proprietati de cha' Minio et de cha' Venerio^{l)} et partim firmat cum suo muro in calizel-

a) segue depennato su aliqua A b) calizello ... de cha' *in A in interlinea per sostituire* et supra proprietatem quam tenet et possidet n(obilis) viri (n. viri *in interlinea*) ser Michael c) segue depennato de A d) et ... Venerio *in A aggiunto dopo la fine della riga* e) in ... proprietati et *in A aggiunto nel margine con segno di richiamo per sostituire* cum muro etiam suo orto (*corretto da sui orti*) in f) *in A segue lacuna di circa 4 cm* g) *in A scritto nella riga in un secondo momento, precede depennato:* et cum suo h) huic ... comuni et *in A aggiunto nel margine con segno di richiamo; nel testo segue depennato:* in i) in ... Iude *in A nel margine con segno di richiamo per sostituire* a terra usque ad tectum proprietatis ecclesie seu capituli ecclesie dictorum Sanctorum Symonis et Iude et partim firmat cum suo muro persupra tectum dicte proprietatis ecclesie in quo muro est una fenestra pro luce huius proprietatis j) segue depennato ipsis A k) segue depennato a terra usque ad tectum proprietat(is) de cha' Minio et de cha' Venerio A l) segue depennato et partim firmat cum suo muro

Io^{m)} de grondalibus comuni huic proprietati et dicte proprietati de cha' Minio et Venerio et partim firmat cum suaⁿ⁾ terra vacua sive^{o)} orto in proprietate suprascripta^{p)} de cha' Minio et^{q)} de cha' Venerio et partim firmat^{r)} cum sua terra vacua et muro proprio in terra vacua^{s)} proprietatis predicte de cha' Minio et Venerio, que terra vacua est pedum xv, et partim firmat continuando cum sua terra vacua et muro proprio in terra vacua mei Marci Foschari

et ab alio suo latere firmat partim cum suo muro in via comuni discurrenti ad Sanctum Symeonem Prophetam et alio, unde habere potest introitum et exitum, et partim firmat a terra usque ad tectum cum suo muro in terra vacua seu orto mei Marci Foschari, in quo^{t)} muro sunt plures fenestre, quibus lumen auferri non potest per^{u)} pedes IIII^r com(unus), sed in ipsa mea terra vacua, ubi non^{v)} sunt fenestre huius proprietatis, si volo, possum laborari facere, dimittendo calizellum de grondalibus, qui sit communis huic proprietati et mee terre vacue sive fabrice ibidem fiende, et partim firmat cum suo^{w)} muro^{x)} in curiis seu terris vacuis nobilis viri ser Philippi Foschari et partim firmat cum sua terra vacua, continuando usque ad calizellum de grondalibus, in muro comuni huic proprietati et terre vacue seu curie proprietatis eiusdem ser Philippi Foschari.

persupra tectum proprietat(i) predicte in quod est una fenestra pro luce huius proprietatis A m) calizello ... proprietati et *in A in interlinea per sostituire* terra vacua n) *in A in interlinea per sostituire suis* (corretto da suo) muro et curia et parte s o) sive orto *in A in interlinea, poi è aggiunto in dopo la fine della riga; sostituisce:* in calizello de grondalibus tam facto quam fiendo comuni huic proprietati et p) *in A in interlinea* q) et ... Venerio *in A aggiunto dopo la fine della riga; segue depennato:* et partim firmat cum parte dicte sue terre vacue sive orti in muro comuni huic proprietati et propietati ac domibus a serpentibus de cha' Venerio et partim firmat cum parte dicte sue terre vacue et (*sostituisce in*) muro proprio comuni huic proprietati et domui a serpentibus de cha' Minio r) *segue depennato* continuando A s) *segue depennato* mei Marci Foschari A t) corretto da qua *in A, dove segue depennato* terra vacua u) per ... com. *in A in interlinea* v) *in A in interlinea* w) *in A in interlinea per sostituire* duobus suis x) *corretto da muris A*

178

*Stipulazione di fraterna compagnia fra Michele
e Francesco Foscari, figli di Filippo*

1467 gennaio 1

Copia del sec. XV, ultimo terzo (cart.): ScRos b. 38 mazzo 8 proc. 4 pt. 2 f. 1-1' (**E**). All'inizio si trovano le note: *Copia*, e sotto: *Fraterna*.

Copia del sec. XVI, inizio (cart.): ivi, proc. 8, nella parte senza fogliazione (**G**). Prima del testo: *Copia*.

Copia del sec. XVI, inizio (cart.): ivi, f. 1-2 dell'ultima fogliazione (**H**). Prima del testo: *Exemplum*. Un'altra mano scrisse tre brevi commenti nei margini.

Copia del sec. XVI (cart.): ivi, proc. 9 f. 1-3 (**I**). Note: *Copia e Fraterna*, oltre alla data.

Copia del sec. XVI (cart.): ivi, proc. 2 f. 1-3 (**J**). Nel margine accanto all'inizio del testo è scritto *Copia e Scriptum fraterne*.

Tutte le copie presentano un'aggiunta: *Scontrado per nui zu(dexi) arbitri cum l'autenticho de verbo ad verbum*. Si tratta sicuramente di un rinvio al processo arbitrale che si svolse nel 1472; v. n° 185.

Come base di questa edizione serve la copia più antica, cioè E, della quale è scrupolosamente rispettata l'ortografia. Poiché non è esente da evidenti errori, in alcuni casi dubbi sono indicate anche le varianti delle altre, nelle quali, però, le differenze ortografiche abbondano, soprattutto in J, scritta dallo stesso copista dei due esemplari del n° 58, dove si è già accennato alle sue abitudini particolari.

+ Laus Deo. 1466, a dì primo zener in^{a)} Venexia

Manifesto femo nuy Michiel e Francescco Foscari, fradelli e fioli del magnifico miser Felippo, a zascaduna persona che^{b)} vederà questo scripto chomo in questo zorno cum el nome de Dio e in bona ventura e vadagno siamo convegnudi et abiamo contrato ad insieme per comun bene et amor fraternal tra nuy da esser abudo mutuamente. Siamo convegnudi in questo modo ut infra:

Et prima nuy Michiel e Francesco predicti dechiaremo et sì volemo che ogni nostra facultà et vadagno che per tuti i tempi pasati et i presenti nuy abiamo fato et aquistado, comodocumque et qualitercumque, et per tuti i tempi futuri nuy aquisteremo et avadagneremo^{c)} – sia de ogni qualità et quantità che esser si voglia, per

a) in Venexia *mancia in J* b) de *F* c) avadigneremo *F*; avadagnieremo *J*

ogni via e forma che dir over^{d)} immaginar se possa, cusi' benni mobelli chomo beni stabelli, sì aquistadi como aquirendi – sia et eser debia comuni a tuti do nui, Michiel e Francesco fradelli, et ala fraterna compagnia nostra et intendase eser per mittà sì de l'uno chomo de l'altro de nui senza cavilation et 'ception^{e)}.

Item dechiaremo e sì volemo che nel vender et comprar dela marchadantia chomo ancor de ogni altra cosa non se posì far in spitalità, sì in Venexia chomo in ogni parte del mondo, ma se debi far per la fraterna compagnia. Item dechiaremo che nel far dela marchadantia abiamo a conferir a insieme, et si ad algum de nuy predicti non paresse de tuor over comprar over navegar per la fraderna compagnia over per qualche altra via eser se voglia, che cadaun de nui posì far per spitalità sua; ma non volemo se possi far in spitalità volendo far la fraterna compagnia.

La marchadantia dela malvasia che per i tempi preteriti e^{f)} presenti è stà fata e fasce in nome de io, Michiele, dechiarimo e sì volemo eser stà facta per conto dela dita fraterna compagnia. Et chusì volemo che in l'avegnir sì^{g)} pro et utele como^{h)} in damno se intenda et eser a comun bene dela dicta nostra fraterna compagnia per mittà, quelo se averà a far, senza alcuna chavilation et eception.

Aziò che de tempo in tempo se posì veder le raxon nostre de quello se farà el pro et utele de dicta nostra fraterna compagnia, se debia tegnir uno libro autenticho, che sia comune a cadauno de nuy, de tuto quelo se farà sì del vender como del comprare.

Item siamo convegnudi e volemo cotalmenteⁱ⁾ che tute utilità de ofitii e benefitii et provision de ogni condition, dote de dona, legati e dimissorie, comodocumque et de chadauna maniera se sia, che cadaun de nuy aquistase o avesse o fose per aquistar et aver, sia dela nostra fraterna compagnia et in quella debia de vegnir senza alguna exception.

Tuto el stabele e posession, feudi e livelli, de che condition se voglia, che per nui fose stà aquistadi o aquistase o fose stà^{j)} comprà over se comprase comodocumque, dechiaremo e volemo che es-

d) et *J* e) exception *H*; eception *J* f) *mancia in EGIJ* g) sì pro et] supra et *EGH*; si in *H*

ser debia dela nostra fraterna compagnia, sì che alcun de nuy non posi comprar ma tutto^{k)} sia^{l)} a comun bene.

Item dechiarimo per pace et dillition et^{m)} concordia, da eser abuda tra nuy e reciprochamente perpetui tempi, che alcum de nuy non posi far prezaria ad alcuno per conto dela fraterna compagnia nostra ad alcuna persona, sia de che conditionⁿ⁾ e qualità se sia, né per niun^{o)} modo; ma ben volemo che l'uno per l'altro e l'altro per l'uno de nuy le plezarie se posi far.

Se alguno de nuy vorà trazer alcuna quantità de danari per sui bixogni dela dicta fraterna compagnia, dechiarimo e sì volemo li sia licito a farlo et posa l'altro de^{p)} nuy trazer altratanti danari et fazase cum saputa un de l'altro.

Item dechiarimo e volemo che dei datii, nave, carati de nave, galie ai viazi et charati de quele, che se torà e comprerà, se debia tuor de voluntà de tutti^{q)} do nui per comun bene.

Tute spexe zeneralmente de ogni condition del viver et vestir, sì nostro como dele donne tosamo^{r)} et d'i fioli nostri, famei, salario de queli, fiti de caxa, de magazeni e volte, dechiarimo et volemo sia per mità per conto dela fraterna compagnia. Durante quella, la qual se debia far per i tempi honestamente secondo la condition e possibilità nostra, dechiarimo che tuti do nuy debiamo star ad insieme per honor et utele nostro in una caxa.

Item dechiarimo et sì volemo che, se alcun de nuy vorà dar e donar alguna suma de danari ad alcuna persona, tal dacion e donation sia a conto de coluy che dese et donase. Questo medemo dechiarimo che per desgratia alcun de nuy zugasse, ogni damno sia a conto de choluy che avese zugado.

La presente fraterna compagnia nostra dechiarimo e sì volemo che, cum el nome del nostro signor Idio, miser Iesu Christo, sia duratura et abia a durar continuamente, tanto quanto chadaun de nuy vorà eser in fraterna compagnia. Et quando alcun de nuy vorà dividere la fraterna compagnia, sia tegnudo mexi 6 avanti farlo a saver.

h) como in] ett *H* i) realmente *H*; totalmente *J* j) ita *EGHIIJ* k) tutti *E*; tut. *GH* l) siamo *G* m) *manca in EGHIIJ* n) conditid(e) *F* o) nuo o mio con trattino abbreviativo *F* p) ripetuto *E* q) tute *F* r) così *EGI*; tosamo *HJ*, ma il senso rimane oscuro, forse per tosamo, 'le donne (che) sposammo'.

Quando veramente el piixerà al nostro signor Idio che la dicta nostra fraterna compagnia se abia a divider, dechiarimo e sì volemo che prima se pagi i debiti, se ne serà, e poi divider i danari e marcadantie, zoè arzenti, mobile de caxa, caxe, posesion, inprestidi et tute cosse si atroveremo^{s)}, per mittà equalmente. Debitori che se atroveremo al presente, queli scuoder et i danari de queli partir per mittà.

Io Michiel Foscari de miser Felipo ho scripto questo scrito de mia man propria.

Io Francesco Foscari de miser Felipo son contento de quanto in questo scripto se contien, s(oto)s(crivo).

s) atroverano *G*; atruovera *J*

179

*Confessione di debito di Urbano Foscari per una somma
prestatagli dal padre Filippo*

1467 gennaio 3

Originale (cart.): ScRos b. 37 mazzo 7 proc. 12 f. 14 (A). Un'altra mano contemporanea, la stessa dell'annotazione di n° 79, scrisse sul verso: + 1466, a dì 3 zener. *Scrito de miser Urban Foscari de ducati 40 l'ave a inpresto*.

+ Domine Iesus. 1466, a dì 3 zener in Veniexia
Confeso io Urbam Foscari aver rizevudo ad imprestedo dal magnifico miser Philippo Foscari mio padre ducati quaranta d'oro, i qual fono per tuor una bola dei beneficii da Bergamo de mio fiol Ierolimo, mandata per miser Suliman. I qual denari prometo ristituir al sopradito miser Philipo Foscari mio padre ad ogni suo bom piazer et comando.

Et io Urbam Foscari scrissi de mia propria man.

180

*Testamento di Camilla di Francesco Foscari doge,
vedova di Andrea Donà*

1467 agosto 12, 1469 febbraio 26

Cedola (cart.): NTest b. 727 Giuseppe de Moysis n° 57 (**A**). Il foglio doppio era piegato tre volte; l'una delle due facciate rimaste visibili annuncia il soggetto: *Testamentum nobilis domine Camille, relicte domini Andree Donato militis de confinio Sancti Hermarcore*, cui è aggiunta una R grande. Nel testo sono presenti molte correzioni, fatte evidentemente in momenti diversi. Sopra l'inizio è posta un'invocazione: *Dominus Jesus Christus*. Dopo la fine seguono due serie di testimoni, depennata la prima, con inchiostro più scuro la seconda: *Testes Sib(en)ii Georgius de Iadra Sancti Canciani et Nicolaus filius ser Francisci Polo Sancti Iohannis Crisostomi. Testes ser Pizinus Iacobi fonticharius et ser Bonaventura de Modesticis professor gramatice, ambo Sancte Marie Magdalene et ser Antonius* (segue depennato nel) *Novelucio de Luca, etiam Sancte Marie Madalene.*

Strumento notarile (perg.): CInfM b. 26 n° 2298 (**B**). Nel margine inferiore si trovano due notizie scritte dallo stesso notaio: *Testes ser Pizinus Iacobi fonticharius, m(agiste)r Bonaventura de Modestis professor grammaticę et ser Antonius Novelucio de Luca, omnes tres de confinio Sancte Marie Magdalene*, e a destra: *M^oCCCC^oLXVIII^r, die xiii marci, confiteor ego presbyter Joseph de Moysis me recepisse a suprascripto nobili viro domino Alovilio Donato, commissario et residuario, ducatos quatuor auri, michi dimissi in presenti testamento*. Sul verso, sempre nel margine inferiore, una mano contemporanea ha scritto il soggetto: *Testamentum nobilis domine Chamille, relicte spectabilis militis domini Andree Donato de confinio Sancti Hermarcore*. La pergamena è danneggiata da alcuni buchi non molto estesi.

Cfr. GULLINO, *Clan dei Foscari* p. 50 nota 39.

Base della presente edizione è B, versione che rappresenta la stesura definitiva del notaio rogatario. Per contenere l'apparato critico non sono rilevate singole parole mancanti in A e altre piccole differenze nella formulazione, né le frequenti correzioni fatte durante la stessa stesura di questo abbozzo, che fu scritto evidentemente con pochissima diligenza; si evidenziano comunque tutti i cambiamenti che si riconoscono come spettanti alla seconda rogazione.

In nomine Dei eterni, amen. Anno ab incarnatione domini nostri Yesu Christi millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo^{a)},

a) corretto su septimo A

mensis februarii^{b)} die vigesimo^{c)} sexto, hora undecima noctis vel^{d)} circha, precedentis^{e)} lucem^{f)} ipsius diei, indicione secunda^{g)}, Rivo-
alti. Cum^{h)} unigenitus Dei filius, dominus noster Jesus Christus,
agens in humanis, bene sciret quod appropinquaret hora ut patri
suo eterno spiritum traderet, universis exemplum largens salutare,
in pia glorioxaque cena et salutifero testamento fragilitati previdit
humane, ut ex hinc quelibet rationalis creatura pertransiens, eius
sacratissima vestigia ymitando, sic se et sua solcite ordinando di-
sponat. Quapropter ego Chamilla, filia quondam bone et recolen-
de memorie incliti et serenissimi principis domini Francisci Fosca-
ri, ducis Venetiarum et cetera, relictaque ultimoⁱ⁾ spectabilis et ge-
nerosi militis domini Andree Donato de confinio Sancti Hermarco-
re, Dei gratia sana mente et intellectu, licet^{j)} corpore languens^{k)}, ad
me vocari feci presbyterum Ioseph de Moysis, plebanum eclesie
Sancti Iohannis Crisostomi, notarium Venetiarum, ipsumque ite-
rum^{l)} rogavi ut hoc meum corigeret^{m)} testamentum, quod antea
seu alias scripserat et de eo preces acceperat, pariterque completeret
et daret post m[eum] obitum commissariis meis cum clausulis et
additionibus opportunis, necessariis et consuetis secundum mo-
res, statuta et consuetudines Venetiarum.

In quo quidemⁿ⁾ meo testamento constituo et esse volo meos
fidei commissarios dillectissimos et amantissimos filios meos^{o)} Ni-
colaum Mudatio^{p)}, Petrum Bernardo et Alovisium Donato et^{q)} pri-
vignum meum dillectum Antonium Donato, nobiles^{r)} Venetiarum,
nec non karissimas filias meas Mariam, uxorem nobilis viri ser
Andree Trivixano, et Isabetam, uxorem nobilis viri ser Laurentii
Mocenico, et dictos earum viros, generos meos amabiles, qui om-

b) corretto su augusti A c) vigesimo ... diei *nel margine superiore con inchio-
stro più chiaro in A, per sostituire: duodecimo* d) vel circha *in interlinea*
B e) così B; superveniente A f) luce A g) *in A aggiunto per sostituire*
15^a h) Cum ... disponat] Cum terminum vite sue unusquisque prorsus ignoret
et cetera A i) *in interlinea in A* j) corretto da et A k) *in interlinea con*
inchiostro più chiaro in A l) *in interlinea in B; manca in A* m) corigeret ...
Venetiarum] scriberet testamentum et cetera A n) quidem ... volo] constituo
A o) segue, aggiunto *in interlinea: n. v. A* p) mudazio A q) et ... Do-
nato] et ser Antonium Donato privignum meum A, aggiunto *nel margine con in-
chiosro più chiaro* r) nobiles ... karissimas] et dilletas A

nes commissarii mei vel pro maiori parte debeant executioni mandare que hic inferius ordinaver[lo dar]lique iussero.

In primis recommendo animam meam omnipotenti Deo et dimitto pro meo decimo du[clatos quinquaginta auri pro anima [mea].

(2) I[te]m eligo sepulturam corporis mei apud eclesiam seu mon[al]sterium monialium Corporis Christi, induta habitu ipsarum monialium. Ad quam sepulturam seu funus volo tantum interesse quatuor sacerdotes cum quatuor dopleriis.

(3) Cui monasterio Corporis Christi dimitto ducatos octo auri, ut ipse moniales debeant rogare Deum [pr]o anima mea.

(4) Item dimitto cuilibet infrascriptorum monasteriorum monialium ducatos duos auri, que monasteria sunt hec videlicet: Sancti Andree de Zirada, Sancti Ieronimi, Sancti Lodovici, Sancte Marie Annunciate, Sancte Iustine, Sancte Marie de Angelis, Sancte Clare de Muriano, Sancti Servuli, Sancte Crucis de Iudecha et Sancte Katherine de Sacis^{s)}, ut ipse moniales dictorum monasteriorum debeant rogare Deum pro anima mea.

(5) Item dimitto infantibus Pietatis ducatos tres^{t)} auri pro anima mea.

(6) Item volo quod per commissarios meos accipiatur unus sacerdos honestus ad celebrandum in eclesia mee contracte per annos tres continuos pro anima mea, cui dentur ducati sexdecim auri annuatim dictorum^{u)} trium annorum pro anima mea.

(7) Item dimitto dispensari inter pauperes contrate Sancti Hermarcore ducatos decem^{v)} auri ultra partem^{w)} tangentem ipsos pauperes pro decima, etiam dispensandos pro anima mea.^{x)}

(8) Item^{y)} dimitto fabrice eclesie Sancte Marie Servorum de Venetiis ducatos decem auri pro anima mea.

s) saccis A t) corretto su duos A u) dictorum ... annorum *in interlinea in A* v) corretto su viginti A w) partem ... dispensandos] eos qui eos tangunt de decima i(n) dispensari A x) segue depennato *in A*: Item si continget me (*poi infra depennato*) circha meam infirmitatem mortis mee michi servire aliquam bonam personam vel plures, volo sibi dari secundum discretionem meorum commissariorum ducatum unum vel duos pro qualibet, secundum exigentiam ipsius infirmitatis mee; *inoltre segue nel margine, con segno di richiamo poi depennato*: Item dimitto quod mitatur aliqua bona persona pro anima mea ad indulgentias Rome et Asisii sibique dari quod consuetum est y) Item ... decem auri pro

(9) Item dimitto dari^{z)} alicui bone persone que vadat Romam et Asisium pro indulgentiis ducatos octo auri pro anima mea.

(10) Item dimitto quod mittantur aliique bone persone ad indulgentias consuetas Sancte Crucis, Sanctissime Trinitatis, Sancti Petri de Castelo et Sancti Laurentii, quibus^{aa)}, scilicet mulieribus euntibus ad ipsas indulgentias, dispensentur vestimenta mea^{bb)} tam linea quam linea, etiam pro anima mea.

(11) Item dimitto suprascriptis filiis^{cc)} meis dillectissimis Nicolao Mudatio, Petro Bernardo et Alovisio Donato ducatos trecentos auri pro quolibet eorum in signum^{dd)} dillectionis.

(12) Item dimitto suprasscriptis karissimis filiabus meis Marie Trivixano et Isabete Mocenicho ducatos trecentos^{ee)} auri pro quilibet ipsarum in signum amoris.

(13) Et quoniam ex consensu omnium filiorum meorum debebam emere unam possessionem pro^{ff)} ducatis quadringentis, quam^{gg)} gaudere debebam in vita mea, et post mortem meam ipsa possessio esse debebat d[icti^{hh)}] Allovisi filii mei, quam nondum emi; sed si eam emerem, ipsam sic ordino et dimitto dicto filio meo Alovisio Donatoⁱⁱ⁾ vel ipsum pretium.

(14) Et similiter eidem Alovisio filio meo dimitto residuum omnium bonorum meorum mobilium et immobilium, caducorum et inordinatorum ac prononscriptorum, presentium et futurorum, michi quomodocumque spectantium et pertinentium. Quod scilicet residuum parum, vel ita dicam: nullum fortasse erit, quia dos mea est et fuit ducati duo millia et centum, quam superius dispensavi in legatis suprasscriptis. Ipsum^{jj)} tamen residuum, etiam quantumcumque fuerit, dimitto^{kk)} suprascripto Alovisio Donato filio meo ut

anima mea *nel margine con segni di richiamo, scritto con inchiostro più chiaro in A, nello stesso luogo è anche aggiunto il legato seguente* z) dari ... octo auri ducatos octo auri dari uni bone persone que vadat Asisium et Romam A aa) quibus ... dispensentur] et inter eas mulieres eentes dispensari A bb) segue ab usu mee persone A cc) filiis ... dilectissimis] tribus dillectis et karissimis filiis meis A dd) segue amoris et A ee) segue in interlinea, ma poi depennato: quinquaginta A ff) pro ducatis 400 aggiunto nel margine in A gg) qua(m) B; qua A hh) dicti ... meil filii mei Alovisii A ii) scritto con inchiostro più chiaro, evidentemente per riempire unalacuna in A, dove le tre parole successive sono aggiunte nel margine con segni di richiamo jj) ipsum ... ut supra nel margine con inchiostro più chiaro in A, dove segue: lego ac dimitto kk) dimitto suprascripto est sibi A

supra, volens^{ll)} et ordinans quod ipse Alovisius filius meus teneatur pro legatis sibi factis et in^{mm)} honore conscientie sue ut, si orectenus sibi dixero etⁿⁿ⁾ ordinavero aliqua alia, ipse ea facere teneatur et debeat, ac si in testamento meo presenti ordinasse.

(15) Et^{oo)} volo etiam quod commissaria mea expediatur ad plus usque ad terminum unius anni, exceptis missis celebrandis in annis tribus ut supra.

(16) Item dimitto notario suprascripto in presentia testium infrasscriptorum ducatos quatuor auri pro suo labore.

Interogata ab ipso notario de hospitali Sancte Marie de Nazareth et^{pp)} de monasterio fratrum Sancte Marie de Gratia, respondi quod nichil dimitto.

Preterea plenissimam virtutem . . . in sua permaneat firmitate. Signum suprasscripte nobilis domine Chamille, relicte spectabilis militis domini Andree Donato de confinio Sancti Hermarcore, que hoc rogavit fieri testamentum.

+ Ego^{qq)} Pinzinus quondam domini Iachobii fontcharis^{rr)} testis subscripti.

+ Ego Bonaventura de Modestis professor grammaticae testis subscripti.

+ Ego Antonius Noveluzio da Lucha testis subscripti.

SN Ego presbyter Ioseph de Moysis, plebanus eclesie Sancti Iohannis Crisostomi, Venetiarum notarius, complevi ac roboravi.

ll) volens . . . ipsel Etiam volo ordino quod dictus A mm) in . . . sue] conscientiam suam honoro A nn) et . . . ea] ultra ea que continentur in presenti testamento et aliqua alia ordinavero A oo) questa disposizione è aggiunta con inchiostro più chiaro in A, dove essa si trova inserita fra le frasi comincianti rispettivamente con Interogata e Item dimitto notario pp) segue depennato sancte B; et . . . dimitto] etiam sancte marie de gratia nichil dimito A, aggiunto con inchiostro più chiaro qq) le tre firme sono scritte da mani individuali in B rr) così B, invece di fonticarius

Sentenza dei Giudici del procurador a favore di Filippo Foscari, che respinge le pretese di Franceschina Vielmi riguardanti i lasciti di Polidoro Foscari

1468 marzo 15

Strumento notarile (perg.): ScRos b. 30 mazzo 5 proc. 2 f. 20 (**A**).

I capoversi sono qui inseriti per rilevare meglio la struttura del testo, che è composto quasi esclusivamente da una sola frase.

In nomine Dei eterni, amen. Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo quadrigentesimo sexagesimo octavo, mensis martii die xv, inductione prima, Rivoalti, presentibus Petro Basili et Laurentio Pignolo preconibus, testibus ad hec vocatis et rogatis. Nobiles viri domini Daniel Maripetro, Tomas Bembo et Franciscus Venerio honorabiles iudices curie procuratorum,

audita et intellecta petitione spectabilium dominorum procuratorum de supra tamquam furnitorum testamenti reverendi quondam domini Polidori Fuscari dudum archyepiscopi Iadrensis, in presenti curia porrecta contra dominam Franceschinam uxorem ser Christophori de Guilielmis calafati, et responsione facta superinde per dictam dominam Franceschinam,

viso imprimis quodam scripto^{a)} de manu dicti quondam domini Polidori scripto die v^o ianuarii 1432, acto et celebrato inter dictum quondam reverendum dominum Polidorum ex una parte et spectabilem dominum Philipum Fuscari eius fratrem ex altera, verificato quoque ac manu quatuor testium communito, per quod inter cetera habetur quod dictus reverendus dominus Polidorus in recompensationem multorum beneficiorum a dicto spectabili domino Philipo fratre suo receptorum omni meliori modo, via, iure et forma, quibus fieri potest, dimittit, cedit et donat dicto domino Philipo omnia ipsius domini^{b)} Polidori bona tam mobilia quam stabilia paterna, materna, avorum, proavorum ac progenitorum quocumque modo sibi domino Polidoro spectantia et pertinentia cum ce-

a) n° 108 b) *in interlinea in A*

teris clausulis et conditionibus in dicto cirographo adiectis et descriptis, sicut in eo legitur,

visa subsequenter sententia^{c)} obtenta in presenti iudicatu sub die XIII^o mensis ianuarii, 1465, indictione XIII^a, Rivoalti, per quam sententiati^{d)} fuerunt dicti spectabiles domini furnitores in favorem dicti domini Philipi ad dandum et per omnia faciendum iuxta conditionem, tenorem et formam dicti cirographi,

visa etiam una sententia^{e)} in curia producta per dictam dominam Franceschinam, lata in presenti iudicatu in favorem dictorum spectabilium dominorum furnitorum et contra dictum dominum Philipum, de ducatis tricentis iuxta tenorem ipsius sententie – et licet in ipsa sententia visum fuerit et productum dictum cirographum, tamen non erat adhuc sententiatum, propter quod non habebat vires contra sententiam obtentam per dictam dominam Franceschinam de legatis sibi et filio suo Ieronimo dimissis ex forma breviarii relevati de ultima voluntate dicti quondam reverendi domini Polidori; qua stante et iuditii auctoritate communita non militabat contra ipsum purum cirographum dicti domini Polidori in favorem ipsius domini Philipi nulla iuditii auctoritate robatur, sicut nunc est, ut per dictam sententiam de eodem cirographo obtentam diffusius et manifeste appareat,

visa insuper dicta sententia per dictam dominam Franceschinam obtenta et per filium suum antenominatum de legatis sibi relictis per dictum quondam dominum Polidorum ex testamento per breviarium relevato ut supra,

considerato in hoc loco quod debita sunt anteriora legatis et quod, stante sententia legatorum dicte Franceschiae et filio suo dimissorum et stante sententia dicti domini Philipi vigore dicti cirographi, ista sententia dicti domini Philipi propter cirographum debiti et ante celebratum per dictum dominum Polidorum quam breviarium suum merito in executione debet esse anterior,

visa etiam quadam testificatione ser Ioannis Bernardi castaldionis serenissimi principis in libris curie annotata ad cartas XIII^o, per quam inter cetera sic legitur: »che solicitando la ditta Franceschina in executione do sententie ottenute in suo favor, una in nome suo

c) manca c d) corretto da sententia (?) A e) n° 165, del 15 novembre 1460.

et l'altra in nome de suo fio, voiando el dito castaldo dar denari ala dita sì per suo nome come comesa de suo fiolo i dise: 'Meti mente, Franceschina, a che modo tu toi questi tal denari, perché intendo tuo fiol esser morto, meti mente tu non i togli, et poi tu i convegni dar fuora e restituir', la qual respose: 'Se l'è morto, son ben sufficiente quelli restituir, se deverò restituir, et sì ne vorò portar ogni pena' » et cetera, ut in ea plenius legitur,

visa consequenter quadam polliza de manu dicti castaldionis, per quam apparet quod primi denarii quos dictus gastaldo exbur-savit ipsi domine Franceschine vigore dictarum sententiarum fue-runt 1461 de mense ianuarii, die xviii, et de die in diem dedit reli-quos denarios tam vigore sententie in nomen suum obtente quam vigore sententie in nomen dicti filii sui obtente de legatis sibi ut supra dimisis, exactos tamen per dictam dominam Franceschi-nam usque ad summam in dicta petitione contentam, sicut apparet per dictam^f polizam dicti gastaldionis, nomine suo et tamquam commissam dicti filii sui, qui eo tempore quo ipsa exegit erat mor-tuus, quod facere non poterat, cum ipsa commissio foret extincta propter mortem filii sui committentis, quemadmodum clare con-stat ex quibusdam testificationibus ab officio dominorum audit-orum veterum presenti officio transmissis – ex una precipue cuius-dam Rubini Dieto affirmantis atque iurantis dictum Ieronimum fi-lium ipsius domine Franceschine fore mortuum de 1461 mense novembris, quod venit esse quinque mensibus vel circa ante exactionem factam per dictam Franceschinam nomine dicti filii sui, que fuit de mense aprilis 1462, sicut per prefatam polizam ipsius castaldionis apparet,

visis demum omnibus que in infrascripta sententia deducta fue-re per utramque partem locis suis ac omnibus aliis que dicte partes dicere, producere et allegare voluerunt, auditis pluries partibus in pluribus terminis, cum iam tempus sit partes prefatas expedire, cupientes dicti domini iudices huic liti imponere finem et tam diu-turnos labores ac expensas partium sua iustitia mediante termina-re, habito super omnibus consilio^g diligenti ac deliberatione ma-tura, consideratis omnibus merito considerandis, delato prius sa-

f) segue depennato polz A

g) segue depennato dul A

cramento nobili domino Nicolao Mudatio advocate dictorum spectabilium dominorum furnitorum et eo iurante bene sententiatum ut infra,

per sententiam, laudum et arbitrium, per iustitiam et suum officium sententiando sententia verunt dictam dominam Franceschinam ad dandum, restituendum et solvendum dictis dominis furnitoribus ducatos quinquaginta septem per dictam dominam Franceschinam vigore dicte sue sententie exactos, salvo errore calculi, ut per polizam dicti castaldionis apparet, item et ad dandum, solvendum et restituendum dictis dominis furnitoribus ducatos centum quinquaginta sex et grossos sexdecim ad aurum, salvo errore calculi, quos ipsa Franceschina exegit tamquam commissa dicti Ieronimi filii sui, quod facere non poterat cum ipsa commissio extincta esset propter ipsius Ieronimi precedentem obitum, ad hoc quod ipsi domini furnitores possint solvere debita committentis sui, sicut iustum est, condennantes propterea dictam dominam Franceschinam ad expensas cause que sunt^{h)}, dantes dictis dominis furnitoribus omnia bona dicte domine Franceschino usque ad integrum satisfactionem omnium premissorum,

et per eandem sententiam,

visa petitione in curia porrecta per dictam dominam Franceschinam contra spectabilem dominum Philipum Fuscari nominibus in petitione contentis, per quam petebat carcerationemⁱ⁾ dicte sententie obtente per dictum dominum Philipi vigore dicti scripti seu cirographi vel pro parte sui danni ducatos centum, ut in ea legitur,

visa etiam responsione facta dicte petitioni per dictum dominum Philipum,

viso iterum dicto cirographo ac sententia vigore ipsius emanata,

visa lege capitularis nostri incipiente «Item quod de cetero aliqua carta» et cetera, super stabili loquente, que non vult quod aliqua carta possit nec debeat roborari per aliquem notarium Venetiarum per quam aliqua proprietas, tenuta vel possessio ipsius proprietatis perpetuo^{j)} vel ad tempus, libere vel conditionaliter in alium concedatur, transferatur vel conferatur aliquo modo nisi pri-

h) segue una lacuna per circa 9 lettere in A i) così A, probabilmente invece di cancellationem j) corretto da perpetue (?) A

mo duo iudices examinatorum ad minus subscrisperint in dicta carta et cetera, ut in ea legitur,

considerato itaque quod, licet in dicto cirographo contineatur inter cetera quod ipse dominus Polidorus cedit, transfert et donat omnia bona sua mobilia <et> stabilia dicto domino Philipo et cetera, tamen in effectu et re vera dictus dominus Polidorus non habebat stabile et consequenter non poterat donare quod non habebat, et licet pro parte sua habebat quod sibi spectabat de stabili ex testamento quondam domini Nicolai Fuscari, tamen, quia ipsum stabile est conditionatum, sicut per ipsum testamentum apparet ac dominis iudicibus visum et lectum apparet, quod ire debeat de heredibus in heredes, per consequens dictus dominus Polidorus non potest nec venit^{k)} donare nisi usufructus et redditus ipsius stabilis sic conditionaliter dimissi, qui quidem redditus sunt bona mobilia; et licet^{l)} etiam appareat quedam investitio ad sine proprio posita ad nomen Sterine matris dictorum dominorum Polidori et Philipi vigore diiudicatus sui super bonis omnibus stabilibus domini quondam Francisci Fuscari patris dictorum dominorum Polidori et Philipi, tamen nunquam processum fuit ad proprium nec ad partem pro solutione diiudicatus, nec investitio ad sine proprio facit stabile illius ad nomen cuius investitur, attento quoque quod dictum stabile adhuc est conditionatum, sicut semper fuit a testamento dicti quondam domini Nicolai,

visis multis aliis cirographis huiusmodi conditionis et forme, si- cut apparet de omnibus copiosius ex processu in curia producto pro parte dicti domini Philipi,

visa quadam testificatione ser Ioannis de Brutis, unius de testibus subscriptis^{m)} in dicto cirographo, affirmantis dicti cirographi veritatem,

visa lege quarta primi libri statutorum incipiente «Metropolitani», visa una altera lege dicti primi libri capitulo xxxii^o incipiente «Optimum inquam esse perspeximus» et alia lege xxxiii^a dicti primi libri incipiente «Cum aliquis facit promissionem alteri», visis multis aliis legibus statuti ad talem materiam facientibus,

k) così A, probabilmente invece di debuit
da suprascriptis A

l) corretto da liceat A

m) corretto

viso testamentoⁿ⁾ dicte domine Sterine matris dictorum dominorum Polidori et Philipi ac omnibus aliis visis et diligenter auditis et intellectis que dicte partes dicere, producere et superinde allegare voluerunt, habentes dicti domini iudices quod per dictum cirographum nullum bonum stabile sit donatum dicto domino Philipo et per consequens dictum cirographum bene ac convenienter stare, non factum preter leges nec contra consuetudines civitatis nostrae, omnibus^{o)} mature consideratis que merito consideranda fuerunt, dato sacramento spectabili domino Philipo Fuscari et eo iurante bene sententiatum ut infra,

per sententiam, laudum et arbitrium, per iustitiam et suum officium sententiando dictum dominum Philipum a petitione sibi ut supra facta per dictam dominam Franceschinam et a danno ducentorum centum et a ceteris in dicta petitione contentis absolventes absolverunt, condennantes dictam dominam Franceschinam dictis nominibus ad expensas cause, que sunt^{p)}, dantes dicto spectabili domino Philipo ad intromittendum omnia bona dicte domine Franceschine quibus supra nominibus usque ad integrum satisfactionem ipsarum expensarum, causis et rationibus antedictis et aliis suis loco et tempore dicendis et allegandis. Et hec sententie carta in suo semper robore perseveret.

+ Ego^{q)} Daniel Maripetro iudex procuratorum subscripsi.

+ Ego Franciscus Venerius iudex procuratorum subscripsi.

+ Ego Thomas Bembo iudex procuratorum subscripsi.

SN Ego presbyter Iacobus Berengo plebanus Sanctorum Apostolorum, canonicus Venetiarum notariusque ac curie procuratorum, complevi et roboravi.

n) n° 100 o) segue depennato merito A p) segue spazio bianco per circa 8 lettere in A q) le tre firme sono scritte da mani individuali in A

182

*Rinuncia reciproca di Filippo Foscari e di Franceschina Vielmi
alle liti seguite dalle ultime volontà di Polidoro Foscari*

1468 marzo 15

Strumento notarile (perg.): ScRos b. 30 mazzo 5 proc. 2 f. 22 (**A**). I capoversi sono qui inseriti per agevolare la lettura del testo complicato.

In nomine Dei eterni, amen. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo quatringentesimo sexagesimo octavo, mensis marci die quindecimo, indictione prima, Rivoalti. Cupientes finem imponere littibus, questionibus, discordiis et controversiis ac eciam de cetero evitare expensas, nos Philipus Foscari quandam spectabilis domini Francisci ex una et Franciscina uxori Christofori de Guielmis calefacti, in specie et uti commissaria et residuaria quandam Hyeronimi filii mei in quantum ad beneficium michi dimissum per dictum filium meum Hyeronimum, ex altera, sponte ad infrasscripta pacta et convenciones devenimus, videlicet:

Et primo ego idem Philipus cum meis heredibus et successoribus plenam et inrevocabilem securitatem facio tibi predicte Franciscine, in specie et tuis successoribus ac eciam uti commissarie et residuarie dicti filii tui quandam Hyeronimi circa beneficium et legatum tibi spectans, de toto eo quod michi et heredibus meis tenes et dare debes quibus supra nominibus sive restituere vigore sententie instanti die contra te late et obtente ad curiam procuratorum in favorem spectabilium dominorum procuratorum de supra, furnitorum testamenti quandam reverendissimi domini Polidori olim fratri mei, ad instanciam meam, prout in ea, seu de toto eo quod usque ad presens possum a te requirere et compellere seu requiri et compelli facere de quacumque summa et quantitate denariorum et bonis ad manus tuas et filii tui per ventis, quas iniuste recepistis et restituere tenetis, et similiter de omni et toto eo quod a te predictis nominibus tam cum cartis publicis quam privatis et similiter cum sentenciis obtentis in favorem mei Philipi et dictorum spectabilium dominorum procuratorum, furnitorum testamenti

predicti quondam fratris mei, petere possum sive^{a)} quacumque ratione, causa sive forma tacitis et expressis, qui et que dici, exprimi et cogitari possunt quovis quesito colore sive ullo modo non excluso vel omisso, generaliter et particulariter ac distincte, tamquam si in presenti instrumento facta fuisset sive esset mentio specialis, volens et intendens cum heredibus et successoribus meis amplius vel ullo tempore per me nec per heredes meos sive successores vel per aliquem alium nomine alicuius nostrum te nominibus quibus supra nec successores tuos posse molestari nec molestanti consentire. Nec eciam huic securitati, fini et quietacioni possit nec debeat obici vel opponi dolus, fraus, lesio, decepcio, subornacio, commutacio vel aliqua alia ficta seu simulata causa propter quam devenerim nec ductus fuerim sub aliquo non vero vel illicito colore ad rogandum et faciendum hanc remissionem, finem et quietacionem tibi Franciscine ut supra, quia intendo et volo quod presens securitas sit finis generalis omnium bonorum et denariorum que et quos quocumque modo, forma et causa michi seu furnicioni dicti quondam fratris mei dare debes usque in presentem diem sive a te possum fieri petere vigore cuiuslibet sentencie et actus tam iudicarii quam privati, quia de omnibus te absolvo et libero tamquam si integraliter recepissem, quamvis habui unam minimam partem de eo quod a te habere debebam. Nichilominus omnia tibi remitto amore Dei et pro remedio anime mee meorumque defunctorum, annullando quantum ad personam tuam nominibus quibus supra et successores tuos et cassando omnes predictas sentencias et scripturas obtentas tam per me quam per dictos spectabiles dominos furnidores contra te et propter quas aliquo modo potes substinere aut patti aliquod dampnum, et pro persona tua tuisque successoribus habeantur et reputantur^{b)} pro nulle tamquam si late non fuissent, non derogando tamen aliquod ius meum in aliquo contra alias personas et bona propter hanc finem et quietacionem, contra quas intendo uti iuribus meis nisi contra te nominibus quibus supra nec eciam in aliqua parte non^{c)} derogando cirografum michi factum per dictum quondam fratrem meum nec

a) così A, evidentemente superfluo, anzi ostacola la lettura b) così A c) così A, ma dopo nec si tratta di una doppia negazione

sentencias obtentas, sed habeantur pro bone, bene obtente tamquam iuste et sancte late et remaneant et remanere debeant in suo robore prout ad presens, omni excepcione, cavilacione et obiectione remottis.

Et e converso ego predicta Franciscina, habens licenciam hec faciendi a dicto viro meo, non coacta sed ex certa sciencia, considerans beneficium per vos michi factum et remissionem restitucionis talium bonorum nollensque esse ingrata, in mea specialitate cum successoribus meis et eciam uti commissaria et residuaria dicti quondam filii mei Hyeronimi quantum ad beneficium meum, eciam cum successoribus meis plenam et inrevocabilem securitatem facio vobis dicto spectabili domino Philipo et vestris heredibus et successoribus de toto eo quod a vobis requiri re aut petere possum tam de presenti quam in futuro vigore legati michi dimissi per dictum quondam reverendissimum dominum Polidorum, olim archiepiscopum Iadrensem et fratrem vestrum, et de^{d)} eciam de parte michi spectante uti commissarie et residuarie dicti quondam filii mei Hyeronimi vigore legati sui et vigore similiter quarumcumque sentenciarum aliarum factarum in favorem nostrum et cuiuslibet nostri de per se pro talibus legatis et quarumcumque aliarum scripturarum quacumque causa, modo et forma, que dici, exprimi et cogitari possint, tamquam si integraliter fuisse^m satisfacta, et per presens instrumentum satisfacta me voco cum successoribus meis suprascriptis nominibus. Et ad maiorem cautelam per presens instrumentum anullo, casso, irrito et incido quascumque sentencias et scripturas et eciam reffuto beneficium ipsorum legatorum in manibus vestris, ita et taliter quod talia legata, sentencie et scripture tam publice quam private in favorem meum quibus supra nominibus reputantur et habeantur cum omnibus suis protocolis et connexis pro nulle, tamquam si umquam facte non fuisserit, et nichil amodo inantea prosint nec prodere debeant michi nec successoribus tamquam nullius efficacie vel momenti, offensivis vobis dare ad omne libitum vestrum eas sentencias et scripturas penes me existentes – et promitto cum successoribus meis umquam uti beneficio breviarii quondam reverendissimi fratris

d) così A, ma da cancellare

vestri nec uti facere nomine meo – et similiter dare sentencias ad legem obtentas, de quibus debere^{e)} faciatis quicquid vobis videbitur, quia omnino me foris facio cum successoribus meis nec eas repetere nec repeti facere tam de presenti quam in futuro promitto, addendo huic quietacioni, fini et remissioni nullum dolus, fraus, subornacio sive coactio, simulatta vel ficta causa, propter quam deducta sim ad rogandum et faciendum predictam securitatem sub aliquo non vero colore, possit opponi, quia intendo et sic vollo hanc securitatem esse finalē et generalem, sub qua vel in qua^{f)} omnis particularitas et generalitas omnium et singulorum que a vobis dicto domino Philipo predictis nominibus petere possem sive potuissem usque in presentem diem *non* fuisse et^{g)} esse satisfactam quacumque causa et ratione, nec eciam, si ullo tempore molestatus fueritis nomine meo et uti commissaria et residuaria pro legato dicti filii mei michi spectante ab aliquibus, non consenciam^{h)} et eciam promitto non consentire, ymmo sumptibus meis vos deffendere, rattificando insuper securitatem et remissionem per vos michi factam in omnibus et per omnia prout iacet.

Nunc autem quia nos predictus Philipus ex una et predicta Franciscina nominibus superius descriptis ex altera finem et remissionem generalem cum successoribus et heredibus nostris unus alteri et alter uni fecimus et quietavimus de omni et toto eo quod una pars poterat petere alteri et e converso quovis modo, forma et ingenio prout supra, amodo inantea reddimus nos nostrosque heredes et successores ac descendentes ab eis usque ad infinitum securos pariter et quietos, quia nichil inde remansit unde una pars alteri et alia uni amplius compellere valleat per ullum ingenium sive modum. Si igitur aliquis nostrum contra hanc convencionis et quietacionis kartam ire temptaverit, tunc emendare debeat cum suis heredibus et successoribus parti observanti auri libras quinque grossorum ad aurum, et nichilominus hec securitatis, finis et quietacionis karta in sua permaneat firmitate. Signum tam suprascripti spectabilis domini Philipi Foscari quam predicte Franciscine, qui adinvicem hec rogaverunt.

e) così A invece di facere debeatis f) qui manca un verbo come comprenditur
g) e corretta da f A h) segue depennato nec A

+ Ego^{d)} presbyter Andreas de Ingeneriis eclesie Sancte Thome plebanus, testis subscripti.

+ Ego Thomas Bembo iudex procuratorum subscripti.

Franciscus Venerius quondam domini Georgii testis subscripti.

SN Ego presbyter Marcus de Marchetis Veneciarum notarius complevi et roboravi.

i) *le firme sono apposte da mani differenti*

183

Elenco delle merci che Michele e Francesco Foscari fanno trasportare a Candia nella nave di Antonio Zazarin

1471 luglio 31

Originale (cart.): PrSM, Misti b. 44 fasc. 32 senza n° (A). Sotto il segno mercantESCO di Michele Foscari, posto nel margine sinistro, appare una M maiuscola con punti ai due lati. Il mezzo foglio è alquanto danneggiato da umidità. Il segno (o marca) di Michele è formato da una grande F il cui piede s'inserisce fra le schiene curve di due mezzalune congiunte, mentre a quella sinistra è preposta una M e a quella destra segue una L.

Yesus. m°CCCLXXI, a dì 31 luio in Venexia

Carga miser Michiel e miser Francesco Foscari sul maran patron ser Antonio Zazarin de suo raxon cavi n° 56 segnadi de l'avant(e)^{a)}, di ese dar in Candia al^{b)} dito miser^{c)} Michiel o chi per lui fosse,

zoè	cavi	n° 56
item zerchi miera 3,	zoè bote	n° 60
item tavole	n° 100	
item chiave 4 di 8 pasa l'uno	zoè	n° 4
item travatoli	n° 40	
item storazo uno con pavera,	zoè storazo	n° 1°

a) *in A precede il segno mercantESCO, posto nel margine sinistro* b) *ripetuto in A*
 c) *ripetuto in A*

le qual robe son segnade da l'avant(e).
 Io Marcho Trivisan scrivan de
 maran patron ser Antonio Zazarin s(oto)s(crivo).

184

*Contratto di locazione dell'osteria al Leone, lasciando Ludovico
 (Alvise) Beazano notaio e segretario ducale la sua licenza di
 gestione a Michele Foscari per sei anni ed eventualmente
 per i successivi altri quattro*

1471 dicembre 11, 1472 gennaio 11

Copia di circa 1548 (cart.): ScRos b. 27 mazzo 3 proc. 3 f. 39'-41' (E). All'inizio di ambedue i documenti sono annotati la data e l'oggetto del relativo atto, nel margine del primo al proprio luogo anche l'ammontare dell'affitto concordato. Dopo la fine di quest'ultimo si trova l'indicazione che il testo ne fu controllato dal segretario ducale Leonardo Sansoni *cum autentico prothocollo quandam ser Ioannis Dominici de Vastaligname imperialis et Venetiarum notarii* (Guastalegname). Il secondo di questi personaggi è attestato come notaio negli anni 1470-95, il primo invece fu attivo dal 1479 al 1535, anche in qualità di custode dell'archivio notarile (vedi CECCHETTI, *Statistica* p. 350, 397).

+ 1471, die mercurii xi x^mbris

Egregius et sapiens vir dominus Ludovicus Beazano secretarius illustrissimi ducalis dominii Venetiarum titulo et nomine locationis locavit per se, heredes «et successores suos» et ad afflictum conces-sit nobili viro domino Michaeli Foscari magnifici domini Philippi ibidem presenti, pro se et heredibus et successoribus stipulanti et recipienti, eius hospitium et tabernam a Leone apud Sanctum Mar-cum cum eius canipa, domo et iuribus suis quomodocumque ad dictum hospitium, tabernam, canipam et domum spectantibus^{a)} et pertinentibus nec non et gratiam quam habet in illis cum pactis, modis et condictionibus infrascriptis, videlicet: Quia dictus domi-nus Ludovicus Beazano per se et suos heredes et successores promisit et se solemniter obligavit per pactum speciale et expressum

a) spectantibus et pertinentibus] spectantes et pertinentes *F*

dimittere dictum eius hospitium et tabernam, canipam ac domum a Leone cum iuribus suis predictis dicto domino Michaeli et heredibus et successoribus suis pro annis sex proxime futuris – incipiendo die primo ianuarii anni proxime futuri, quo die idem dominus Ludovicus tenetur et obligatus est, prout sic sponte promisit et se obligavit, sibi domino Michaeli id hospitium, tabernam et canipam consignare, et si ante idem dominus Ludovicus sibi id hospitium consignaverit, eo die quo facta fuerit consignatio intelligatur incipere terminum huius locationis, et pro annis quattuor inde post dictos sex annos proxime futuros de respectu; cum hoc quod dictus dominus Ludovicus teneatur et debeat, sicque sponte promisit et se obligavit cum suis heredibus et successoribus, singulis duobus annis annorum predictorum proxime futurorum renovare huiusmodi locationem ad omnem instantiam et requisitionem dicti domini Michaelis sive heredum et successorum suorum vel aliorum habentium causam ab eo vel ab eis, et casu quo huiusmodi renovatio huius locationis non fieret, ex nunc prout ex tunc et ex tunc prout ex nunc habeatur per hoc instrumentum pro facta, prout sic voluit et sponte se obligavit cum suis heredibus et successoribus dictus dominus Ludovicus, usque ad finem dictorum annorum sex proxime futurorum et annorum quattuor inde proxime futurorum de respectu inclusive – ad habendum, tenendum, gaudendum dictum hospitium, canipam, tabernam et domum ac gratiam et iura quam et quae dictus dominus Ludovicus habet in eis, locandum, aliis arrendandum et ad annuam pensionem vel ad aliud tempus aliis quibuscumque personis et per alias concedendum et detineri faciendum usque ad tempus et terminum praedictum inclusive, in omnibus et per omnia prout ipsem dominus Ludovicus locator facere posset et potest. Pro cuius quidem hospitiis, tabernae, canipae et domus *affictio* ac iuribus praedictis dictus dominus Michael Foscari, sponte et cetera per se et heredes et successores suos se obligando, promisit cum obligatione omnium suorum bonorum et cetera ac refectione damnorum et cetera dare et solvere omni anno annuatim in principio cuiuslibet annorum praedictorum ducatos 144 auri et iusti ponderis liberos et expeditos absque ulla expensa et item ultra hoc solvere omni anno annorum predictorum afflictum dominis procuratoribus Sancti Marci

quod solvit et solvere consuevit dictus dominus Ludovicus dictis dominis procuratoribus pro dictis hospitio, taberna, domo et canipa, omni prorsus exceptione remota. Preterea dictum est inter partes per pactum spetiale et expressum quia dictus dominus Michael teneatur et debeat, sicque sponte et libere promisit et se obligavit cum suis heredibus et successoribus, mutuare dicto domino Ludovico totum id quod ipse dominus Ludovicus dare debet domino Petro de Musto pro una littera cambii, et hoc illico postquam dictus dominus Ludovicus sibi consignaverit dictum hospitium ac canipam et tabernam et gratiam, quos quidem denarios per ipsum dominum Michaelem exbursandos ut supra tenere possit et valeat idem dominus Ludovicus ad mutuum tanquam denarios sibi bono amore mutuatos quoisque dictus dominus Michael tenuerit dictam canipam, hospitium et domum ac tabernam ac gratiam; hoc declarato quod, elapsis dictis sex annis, si dictus dominus Michael noluerit amplius dictum hospitium, tabernam et domum conduce-re, quod teneatur uno anno ante finem dicti termini notificare dicto domino Ludovico vel heredibus et e converso, si dictus dominus Ludovicus, elapso dicto termino, noluerit amplius dimittere dictam canipam, hospitium et tabernam dicto domino Michaeli vel heredibus, teneatur eidem domino Michaeli notificare seu notifica-ri facere et notitiam dare anno uno ante finem termini ut supra, ut providere se possit; cum hoc etiam quod dictus dominus Ludovicus nunquam possit expellere dictum dominum Michaelem vel heredes eius de dictis hospitio, canipa et taberna et domo nec de gratia ac iuribus praedictis nisi prius restituerit eidem dictos eius denarios pro eo solvendos ut supra, sed tamdiu intelligatur perdu-rare dicta locatio cum modis, pactis ac condictionibus suprascriptis quamdiu distulerit restituere sibi dictos suos denarios sibi ut supra mutuandos, obligando spetialiter dicto domino Michaeli, heredi-bus et successoribus suis dictas domum, canipam, tabernam, ho-spitium et gratiam ac iura sua predicta spetialiter et expresse usque ad integrum restitutionem deniorum predictorum et generaliter omnia et singula eius bona mobilia et inmobilia presentia et futura; constituentes se prefati contrahentes pro observatione premissorum posse realiter ac personaliter conveniri, gravari, compelli et conveniri hic Venetiis, Paduae, Ferrariae et generaliter alibi ubique

locorum, non obstantibus aliquibus ordinibus in contrarium facientibus, renuntiantes in predictis omnibus et singulis fériis, diebus ferriatis, epistolae divi Adriani et legibus loquentibus de locationibus domorum omnibusque aliis^{b)} et singulis iuris et legis auxiliis, constitutionibus et consuetudinibus contrariis quibuscumque. Quas quidem locationem, promissionem, conventionem et pacta et quae omnia et singula suprascripta praefati contrahentes promiserunt sibi ad invicem et vicissim cum eorum heredibus et successoribus, videlicet unus alteri et alter alteri, firma, ratha et grata habere, tenere, attendere, observare et in aliquo non contrafacere vel venire per se vel alium seu alios aliqua ratione vel causa de iure vel de facto sub pena auri librarum quinque nec non et pena ducatorum mille auri solvenda per partem non attendentem parti attendent et attendere volenti cum reffactione damnorum omnium et expensis litis et extra refficiendis, quibus penis solutis vel non et damnis reffectis vel non, nihilominus praemissa omnia et singula in robore suo perdurent. Pro quibus omnibus et singulis suprascriptis melius attendendis et observandis praefati domini contrahentes obligaverunt sibi ad invicem, videlicet unus alteri et alter alteri, semetipsos et heredes suos ac omnia et singula eorum bona mobilia et immobilia praesentia et futura et personas ad carceres ubilibet detinendas. Super quibus omnibus rogatus fui unum et plura confidere instrumentum et instrumenta.

Testes dominus pre Benedictus de Baladoribus canonicus Venetiarum et titulatus ecclesię Sancti Moysi et ser Lazarus Trivisano quondam ser Nicolai de contrata Sancti Benedicti.

A tergo: Affittason de ser Alvise Bevazan fatta alla iustitia nova a miser Michiel a dì xi zener 1471

+ 1471, die xi mensis ianuarii

Circumspectus vir dominus Aloysius Beazano curiae maioris notarius nec non illustrissimi ducalis dominii Venetiarum secretarius hospitiī et tabernae et hostariae Leonis gratiam tam suo^{c)} nomine

b) segue depennato le F c) segue depennato tu (?) F

quam nomine Marci filii sui, pro quo promisit de ratho et cetera, parte una et vir nobilis dominus Michael Foscari magnifici domini Philippi parte altera pacta, conventiones et compositiones fecerunt et contraxerunt invicem concorditer in hunc modum: Et primo suprascriptus dominus Aloysius nomine suo et nomine quo supra et cetera affictat canipam et hostariam Leonis una^{d)} cum eiusdem gratia suprascripto domino Michaeli, quae *locatio* incipere beat die prima mensis aprilis 1472, cum omnibus pactis *et* conventionibus contentis in instrumento facto manu Ioannis Dominici de Guasta Lignamine die *xvi* mensis xnbr(is), 1471, ut in eo continetur et cetera; ex alia vero parte suprascriptus dominus Michael est contentus accipere ad afflictum suprascriptam hostariam, canipam et gratiam Leonis, ut supra dicitur, quia sic per pactum expressum inter eos actum extitit. Pro quibus omnibus et cetera.

d) una ... eiusdem] ei (*depennato*) ut supra ei *E*

185

Sentenza arbitrale riguardante lo scioglimento della fraterna tra Michele e Francesco Foscari, aggiunta la ratifica della stessa da parte dei Giudici di petizion

1472 maggio 27 e giugno 1

Strumento notarile (perg.): ScRos b. 38 mazzo 8 proc. 2 dopo f. 86 (A). Nello spazio rimasto bianco fra la seconda “completio” notarile e il documento seguente fu aggiunta una nota in lettere più piccole, scritta dal Grasolari: *Recepi ego notarius suprascriptus a suprascripto domino Francisco Foscari ducatos duos et grossos sex ad aurum.*

Copia del sec. XVI (cart.): ivi, pagine successive. Risale ad A. All'inizio del testo: *Copia*.

Copia della fine del sec. XV (cart.): ivi, proc. 4 f. 8-8'. Sopra il testo: *Copia sententie arbitrarie*; nel margine vicino all'inizio: *Sententia*, e la data.

Copia dell'inizio del sec. XVI (cart.): ivi, proc. 2 f. 14'-17'. Prima del testo: *Copia sententie arbitrarie*, e nel margine: *Sententia arbitraria*.

Copia dell'inizio del sec. XVI (cart.): ivi, proc. 9 f. 14-16'. Risale ad A. All'inizio della prima parte si trovano: *Copia sententie arbitrarie*, e nel margine, oltre la data: *Sententia*; a quello della seconda: *Ratificatio sententię arbitrarie per iudices petitionum*, e la data.

Copia parziale dell'inizio del sec. XVI (cart.): ivi, proc. 3 senza numerazione. Manca il testa dell'approvazione dei giudici. Nel margine è scritto: *Sententia arbitraria*. Alla fine si trova un semplice rinvio al documento di ratifica del 1º giugno, poi segue: *Copia trata del libro de ser Piero de Lucha gastaldo, alfabetado, ala litera F.*

Copia parziale dell'inizio del sec. XVI (cart.): ivi, proc. 8 in un fascicolo vicino alla fine, f. 7-8. Anche qui si tratta del solo documento del 27 maggio. Prima dell'inizio: *Sententia*. Nei margini sono aggiunte alcune note di commento critico.

Copia parziale dell'inizio del sec. XVI (cart.): ivi, proc. 8 pt. 1 f. 6'-7. Si tratta della sola approvazione del 1º giugno. Nel margine è annotato: *Retificatio sententie arbitrarie primo iunii*. Nel testo è presente la stessa lacuna come in A.

I paragrafi sono qui introdotti per facilitare la comprensione del complicato testo. Tutti i documenti citati, cominciando dall'accordo del 1467 (vedi n° 178), si trovano copiati ben quattro volte in ScRos b. 38 mazzo 8: in proc. 4 f. 1-7', in due fascicoli inseriti nel proc. 8 e in proc. 9 f. 1-13'.

In Christi nomine, amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, indictione quinta, die vigesimo septimo mensis maii. Spectabiles viri dominus Alovisius Foschari quondam magnifici domini Marci, olim procuratoris Sancti Marci, et dominus Andreas Dandulo magnifici domini Iacobi^{a)} – arbitri de iure tantum, dati per magnificos dominos iudices curie proprii vigore partis compromissorum inter^{b)} nobiles viros dominum Michaelem Foschari magnifici domini Philippi ex parte una et dominum Franciscum Foschari etiam filium prefati domini Philippi, fratres, parte ex altera, ut patet compromissi carta, facta de iure tantum ad curiam proprii die vigesimo nono aprilis proxime elapsi, cuius terminus durat usque per totum presentem mensem maii, latius^{c)} continetur –, auditis dictis partibus atque visis et diligenter intellectis dicto compromisso et libertatibus in eo contentis nec non petitione prefati domini Francisci actoris, incipiente «Quanto me sia tedioxo» et cetera, et responsione sive defensione prefati domini Michaelis, incipiente «Non vi^{d)} pari dal nuovo, magnifici zudesi arbitri» et cetera; visis aliquibus capitulis productis per dictum dominum Franciscum actorem nec non interrogationibus su-

a) su rasura in A b) segue depennato nobiles viros A c) latius continetur è predicato addizionale, superfluo, della proposizione cominciata con ut d) così A invece di mi par da nuovo

per dictis capitulois, factis per dictum dominum Michaelem, nec non testificationibus et responsionibus super dictis capitulois et interrogationibus, factis per prefatum magnificum dominum Philip-pum Foscari, ipsarum partium patrem; viso etiam quodam scripto fraterne societatis ipsorum fratrum, scripto de manu prefati domini Michaelis et subscripto manu dicti domini Francisci, facto die primo ianuarii MCCCCXLVI; visis etiam certis capitulois productis per ip-sum dominum Michaelem et responsionibus factis super dictis capitulois per ipsum dominum Franciscum et omnibus aliis videndis, audiendis et per dictas partes allegandis et producendis, tam ore-tenuis quam in scriptis; attento etiam quodam precepto, per prefatis dominis iudices arbitros sibi partibus facto die vigesimo quin-to presentis mensis maii, super quibus omnibus et singulis habito consilio diligenti et matura deliberatione, Christi nomine invocato, a quo vera et recta procedunt iudicia, ambo concordes, pro tribu-nali sedentes in quadam volta posita in Rivoalto, tempta^{e)} per prefatum dominum Alovisium Foschari arbitrum antedictum, quem locum sibi eligerunt pro ydoneo et iuridico ad hanc sententiam specialiter proferendum,

dixerunt, pronunciaverunt, determinaverunt et de iure senten-tiaverunt inter dictos fratres vigore libertatis sibi attribute in hunc modum, videlicet primo quod dicti fratres fuerint et steterint in fraterna societate iuxta formam et continentiam suprascripti scrip-ti, facti die primo ianuarii MCCCCXLVI, et propterea sententiaverunt quod omnes et singuli libri, instrumenta, carte, scripta et omnes alie scripture, quomodocumque facte occaxione dicte fraterne et pro computo ipsius fraterne et tam in nomine dictorum fratrum et cuiuslibet eorum quam^{f)} aliorum quorumcumque, spectantes et pertinentes ac spectantia et pertinentia dicte eorum fraterne, per ipsos fratres et quemlibet ipsorum et apud quemquem ipsorum repperientur amodo usque ad quatuor dies proxime futuros depo-sitentur et deponantur in loco tuto et comuni utrique dictarum partium, ut quilibet ipsorum videre et uti possit occaxione iurium suorum,

nec non etiam sententiaverunt quod omnes et quecumque mer-

e) tem *su rasura in A* f) q(ua) A

cationes, denarii, debitores et creditores et alia quelibet bona dicte fraterne, et ipsi fraterne quomodocumque et quocumque iure, titulo et nomine spectantes et pertinentes atque spectantia et pertinentia, sint, spectent et pertineant dictis fratribus per medietatem cum onere et honore suis,

et proinde sententiaverunt dictum dominum Michaelem ad dandum et consignandum, ac dare et consignare teneatur et debeat ipsi domino Francisco fratri suo medietatem omnium et singulorum mercantiarum, denariorum, debitorum et creditorum et aliorum quorumcumque bonorum dicte fraterne, et ipsi fraterne spectantium et pertinentium, cum onere et honore suis amodo usque ad medietatem mensis iunii proxime futuri; aliter elapso dicto termino et dicto domino Michaele non obediente, ut supra dicitur, tunc dare debeat ipsi domino Francisco pro parte sui danni ducatos quinque mille auri^{g)}, et in expensis cause ipsum sententiaverunt non obediendo; in quantum vero dictus dominus Franciscus non obedierit ad deponendum et depositandum scripturas dicte fraterne penes eum existentes infra dictum terminum quatuor dierum, tunc incurrat in penam ducatorum ducentorum, danorum alteri parti obedienti,

mandantes dicti arbitri mihi notario infrascripto quatinus de premissis publicum conficiam instrumentum.

Lata, lecta et pronunciata fuit suprascripta sententia, presentibus dictis partibus ac etiam presentibus testibus infrascriptis, videlicet ser Laurentio Ioannis, olim patrono navis, de contracta Sanctorum Apostolorum, ser Luca Pasquaxo filio ser Thome de contracta Sancti Ioannis Novi de Venetiis et aliis.

SN Ego^{h)} Bartholomeus de Graxolariis filius quondam ser Antonii de Venetiis, publicus imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius, premissis omnibus interfui et rogatus et cirha alia plura occupatus illa per ser Ieronimum Bonicardi, notarium publicum infrascriptum, scribi feci et me subscrispi et publicavi et in hanc publicam formam reddegi signumque meum apposui consuetum.

g) segue depennato pro parte A

h) questa sottoscrizione è inserita da mano

diversa in A

SN Ego Hieronymus Bonichardi filius egregii viri ser Andree de Venetiis, publicus imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius, iussu suprascripti ser Bartholamei de Graxolariis notarii publici predicta fideliter scripsi et in fidem premissorum me subscripti, signo meo in talibus solito apposito.

Inⁱ⁾ nomine Dei eterni, amen. Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi milesimo quadragesimo septuagesimo secundo, mensis iunii die primo, indicione quinta, Rivoalti, presentibus Leonardo Trivisano et Anthonio Laurentii, preconibus curie, testibus ad infrascripta convocatis specialiter, habitis et rogatis, et aliis. Spectabiles et egregii viri domini Robertus Badoario, Imperialis Contareno et Sebastianus Bollani, honorabiles iudices peticionum, audita peticione oretenus facta per viros nobiles ser Michaelem et ser Franciscum Foschari domini Philippi, petentes^{j)} quod per iudicium peticionum ratificetur et confirmetur quadam^{k)} sententia arbitraria inter ipsos lata, facta et^{l)} in publicam formam reddata atque subscripta manu^{m)} ser Bartholomei de Grasolariis, publici et imperiali auctoritate notarii, sub die xxvii maii proxime preteriti, visa suprascripta sententia arbitraria et consideratis considerandis, primo dato sacramento dictis fratribus et ipsis iurantibus verum esse et habere debere, ut supra petitum est, et hoc non fieri in preiudicium alicuius,

per sententiam, laudum et arbitrium, per iusticiam et eorum officium sententiando, confirmantes confirmaverunt, approbaverunt et ratificaverunt suprascriptam sententiam arbitrariam in omnibus et per omnia, prout stat et iacet, mandantes eam a fratribus predictis inviolabiliter observari, condemnantes ipsos fratres in expensis, que suntⁿ⁾, dantes hinc inde ipsis fratribus ad intromittendum omnia bona mobilia et inmobilia ipsorum fratrum, ubicumque poterunt repperiri, et personas eorum carceribus ubilibet obtineri usque in integrum satisfacionem omnium in dicta sententia arbitraria contentorum et expensarum predictarum, causis et rationibus

i) l'atto che segue è scritto da altra mano in A j) la p è corretta da p(er) A k)
così A l) in A segue una breve parola abrasa, forse un altro et m) man(us)
A n) in A segue una lacuna di circa 9 cm

antedictis. Et hec ratificationis carta in suo semper robore perseveret.

+ Ego^o Robertus Baduario iudex petitionum subscrispi.

+ Bernardinus Contarenio sopragastaldo subscrispi.

+ Ego Sebastianus Bolani iudex petitionum subscrispi.

SN Ego Victor Sulimanus, presbyter ecclesie Sancti Panthaleonis, curie petitionum Venetiarum notarius, complevi et roboravi.

o) le tre firme sono apposte da mani individuali in A

186

Quietanza di Michele Foscari per aver ricevuto dal padre Filippo una somma da lui pagata per conto di suo fratello Urbano

1472 agosto 2

Originale (cart.): ScRos b. 37 mazzo 7 proc. 24 f. 9. Notizia sul verso da una mano contemporanea (la stessa dei n° 170 e 192): + 1472, a dì 2 avosto. *Scrito de ser Michiel Foscari de dc. 10 l'ave per conto de miser Urban per pagar un dazio ale raxon nuove.*

+ 1472, a dì 2 d'aosto

Rezevì io Michiel Foschari da miser Felipo Foschari mio padre per una partia del dazio de vin, ho pagata a l'oficiio dele raxon nove de miser Urban mio fradello, conto de miser Antonio Daniel Mari(n), ducati 10, zoè ducati diexe.

187

Ricevute di Francesco e di Michele Foscari per denaro avuto da suo padre Filippo come resto proveniente dalla vendita di vino

1473 febbraio 4, 1478 febbraio 6

Copia contemporanea (cart.): ScRos b. 56 mazzo 11 proc. 116 f. 37 (**B**). L'ordine cronologico delle ricevute va dalla più recente alla anteriore.

+ 1477, a dì 6 fevrer

Rezevì io Framzescho Foschari dal magnifico miser Felipo mio padre ducati zento e quarantado^{a)} denari tre^{b)} che sono per resto de la mità dele malvaxie l'ave da Michiel et da mi per la caneua dala Corona.^{c)} I qualli danari a^{d)} mi aspeta per la parte mia, zoè
duc. 142 d. 3

1472, a dì 4 fevrer

Rezevì io Michiel Foschari^{e)} da miser Phelipo Foschari mio padre per la mità del suo debito per conto de malvaxie che a mi aspeta ducati 142 denari 3, i qual som per resto de malvaxie, zoè ducati zento et quarantado denari 3, val
duc. 142 d. 3

a) segue depennato zoè d(enari) B b) etre B c) segue depennato I
B d) o B e) corretto dopo Fo in B, dove segue depennato mio padre

188

*Sentenza dei Giudici dell'esaminador riguardante la verifica
delle ultime volontà di Marina Foscari, vedova
del doge Francesco*

1473 marzo 6 e ottobre 23

Copia del 1526 (perg.): CodFos f. 12-14 (F). Le circostanze della trascrizione sono le stesse del n° 163; il notaio Giacomo Fasolo rivela che esemplò il testo *ab originali*. La copia non è completa. Manca almeno il resoconto dell'interrogatorio effettuato dai giudici; alla fine si accenna a una nota marginale aggiunta alla cedola da Bartolomeo Barbarigo, ma è assente il punto di riferimento che era contenuto probabilmente nelle testimonianze. Brani di questo testamento sono inseriti nella sentenza dei Giudici dell'esaminador di 1473 novembre 17 e di 1474 luglio 8, vedi sotto n° 194, e in due dei Giudici del mobile di 1474 luglio 7, con le quali furono confermate le parti dell'eredità spettanti rispettivamente a Maria Foscari di Francesco e a Niccolò Foscari di Giacomo, CodFos f. 14-15' e f. 15'-16'.

In nomine Dei eterni, amen. Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo quadrigentesimo septuagesimo tertio, inditio[n]e sexta, die sexto mensis martii, Rivoalti. Cum post mortem serenissime domine Marine relicte serenissimi principis domini Francisci Foscari, olim ducis Venetiarum, infra spatium unius anni

secundum formam statuti coram dominis Marco Erizo, Nicolao Lipamano^{a)} et Paulo Contareno iudicibus curie examinatorum comparuisset dominus B(ar)tholameus Barbadico nomine suo et nomine domine Christine eius matris tanquam beneficiatus et beneficiate in ultima voluntate et ordinatione eiusdem serenissime domine Marine Foscari, offerens se probaturum ultimam ordinationem eiusdem per unam cedulam testamentariam existentem in manibus domini plebani Sancti Leonardi et infrascriptos testes, quibus habitis et receptis, domini iudices antedicti per Antonium Nigrum preconem et eius ministerialem predicta omnia publice stridari fecerunt in ecclesia Sancti Pantaleonis et in scallis Sancti Marci et Rivoalti secundum formam statuti, assignando terminum dierum quindecim ad contradicendum. Infra quem terminum comparuit dominus Hieronimus Michael nomine domine Paule eius uxoris et habuit contradictionem, item comparuit dominus Franciscus Superantio nomine domine Catarine eius uxoris et habuit contradictionem, item comparuit dominus Nicolaus Foscari nomine [su]o ac nomine domine Marie Foscari et habuit contradictionem. Domini iudices suprascripti, visis [suprascripti]ptis contradictionibus, citatis testibus, eisque iuramentum dederunt eosdemque diligenter [e]xaminari fecerunt. Qui quidem testes deposuerunt sub forma tenoris subsequentis:

Tenor cedula

Laus Deo. Considerando per comune exemplo tuti i homeni esser mortali et l' hora dela morte a ciaschaduno incerta et niuna cossa esser plui certa dil^{b)} morir, per non lassar dapoi de mi la facultà mia et beni inordinati cum interesse et vergogna, unde io Marina Foscari relicta de serenissimo et excellentissimo principio misier Francesco ho fatto vegnir a mi el reverendo misier pre Niccoldò piovan de San Lunardo et publico nodaro de Veniexia et quello ho pregato vogli scriver et poi relevare in forma debita questo mio ultimo testamento et volontà cum le clausule debite secondo i ordeni de Veniexia.

Et primo recomando l'anima mia a Dio mio creator et ala nostra

a) così F b) così F con trattino abbreviativo

dona madona santa Maria et misier san Hieronimo cum tuta la corte celestial.

Mei comissarii instituisco Christina Barbarigo relicita de misier Iacomo, mia amada et cordialissima sorella, et Maria mia carissima figliola et Paula consorte de sier Hieronimo Michiel, etiam mia dilecta fiola, et Nicolò Foscari mio diletto fiolo et nevodo, fo fiol de mio fio Iacomo, et el mio amado fiol et nevodo Bortholamio Barbarigo fo de misier Iacomo, per i quali o vero per la mazor parte de loro voglio sia mandado ad exequition quanto qui sotto ordendarò.

Et prima voglio el corpo mio sia sepellido nela chiesia de madona Santa Maria d'i Frari ne l'archa del serenissimo misier lo dose, come a i^{c)} mei comissarii parerà.

(2) Item lasso et voglio sia dato per diesmo oro ducati cento.

(3) Anchor voglio dapoi la morte mia me sia fatto dir le messe dela Madona et le messe de san Gregorio et ch'el sia mandà persone idonee a San Lorenzo, a Santa Crose, ala Trinita, a Roma et a Sixi per l'anima mia, essendo ale dicte per questo contribuido per i mei comissarii el consueto.

(4) Item lasso ai frati de San Domenego de Castello oro ducati diexe, al monasterio de madona Santa Maria de la Caritade ducati diexe, al monastier de San Hieronimo ducati diexe, al monastier dele done de Santo Andrea de Zirada ducati diexe, al monastier dele done de Santa Croxe dela Zudecha ducati diexe, al monastier de madona Santa Maria d'i Anzoli da Muran ducati diexe, al monastier de misier San Bernardo de Muran ducati diexe, al monastier de madona Santa Chiara de Muran ducati diexe, ai poveri de misier San Lazaro ducati cinque, a l'hospedal de la Pietà ducati cinque, pregando i soprascripti religiosi et religiose pregino Dio per l'anima mia e d'i mie' morti.

(5) Item lasso a dona Pelegrina mia comare, sta in casa nostra, oro ducati diexe, ala qual ricomando l'anima mia et Maria mia fiola.

(6) Item lasso a Bortholamio Cavaza et a suo fradello et sorella che fono fioli de sier Marin Cavaza in segno de amor ducati diexe.

c) in F inserita posteriormente tra le parole vicine

(7) Item lasso ad Antonio Rizo, è scrivan ale preson, ducati cinque.

(8) Item lasso a dona Maria dala Crose povera, sta a Padua, ducati do^{d)}.

(9) Item lasso a Cita fo mia servicial ducati cinque, item a Madalena servicial de casa ducati cinque, item ad Anna griega ducati cinque, item a Bevegnuda de caxa, siando bona, ducati cinque.

(10) Item lasso al nodaro farà questo mio testamento ducati cinque.

(11) Et perché i sopraditti lassi dal diesmo in fuori porano assender ala summa de ducati cento e sesanta vel cercha, voglio per i soprascripti mei comissarii sia dispensado a povere persone, come ale loro conscientie parerà, altri ducati trenta, sì che in summa ascendano ala summa de ducati dusento.

ranti *D* d) et ... benedictionem] et cetera *D* e) campos *D* f) così con
trattino abbreviativo A

siam, dum pro tempore vacat, existunt, fuit nobis humiliter suppli-
catum ut ius patronatus huiusmodi eis ac eorum successoribus
confirmare de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui
de premissis certam notitiam non habemus, huiusmodi supplica-
tionibus inclinati, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus
quatinus, si, vocatis qui fuerint evocandi, tibi de premissis nobis^{g)}
assertis legitime constiterit, ius patronatus huiusmodi seu presen-
tandi personam ydoneam ad dictam ecclesiam, dum pro tempore
vacaverit, eisdem nobilibus pro se eorumque heredibus et succes-
soribus imperpetuum auctoritate nostra confirmes nec non pro
potiori premissorum cautela eisdem nobilibus ius patronatus seu
presentandi personam ydoneam huiusmodi pro se eorumque he-
redibus et successoribus predictis auctoritate nostra de novo con-
cedas, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus aposto-
licis ceterisque contrariis quibuscunque. Dat. Rome apud Sanctum-
petrum anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo
septuagesimo quinto, quarto kl. februarii, anno quinto.

g) nob *D*

199

*Ricevute di Antonio di Andrea Trevisan per aver avuto
da Francesco di Filippo Foscari 20 ducati come acconti per il nolo
di una nave destinata a Candia*

1476 marzo 7

Originale (cart.): ScRos b. 56 mazzo 11 proc. 116 f. 6 (A). A tergo una
nota scritta dalla mano di Francesco Foscari (cioè la stessa come nel n°
220): + 1476. *Scrito de Antonio Trivixan de ducati 10.*

Laus Deo. 1476, a dì 7 marzo in Venexia
Rezevì io Antonio Ttrivixan fo de ser Andrea da miser Francescho
Foschari de miser Felipo el procholator per parte de' noli dela na-
ve fo patron ser Iacomo de Chandia al viazo de Chandia ducati
dixe, zoè ducati 10.

A^{a)} dì 13 dito rezevì chontadi io Antonio Ttrivixan del dito duca-
ti diexe, zoè ducati 10, per conto de' noli ut supra.

a) A dì ... supra aggiunto in A dalla stessa mano, ma con penna e
inchiostro diversi

200

*Bolla di Sisto IV che conferma a Ludovico e Giovanni Foscari il
giuspatronato della chiesa di Santa Maria dell'Arena di Padova*

Roma, 1476 maggio 15

Registrazione cancelleresca (cart.): AVat, Reg. Lat. 764 f. 120-120' (**D**).
Nel margine sinistro presso l'inizio del testo: A.; nell'angolo destro supe-
riore: *Ia. de Rizonibus*; dopo la fine: *A. C de Petra*.

Copia del. sec. XIX (cart.): AGrad b. 177bis in fasc. 19 (**E**).

Ed.: GIOVAGNOLI, *Palazzo dell'Arena* p. 189-90 n° 3 da E.

Reg.: BORDIGNON FAVERO, *Carte Foscari* p. 53, 55, 59, 66, 82, 88 (con
date oscillanti fra 7, 13 e 15 maggio).

L'originale probabile, segnato *Arena Prepositura n. 20* nell'archivio
del rispettivo ramo dei Foscari, non è stato reperito e nemmeno una
delle parecchie copie che sono registrate nell'antico inventario. L'esem-
plare utilizzato qui, assai tardivo e difettoso, è venuto a mia conoscenza
grazie al rinvio fatto da Gabriella Giovagnoli. La base della presente
edizione rimane D, ma sono corrette le sviste evidenti e inseriti, secondo
il formulario usuale, i brani volutamente omessi con etc. nella regis-
trazione della cancelleria papale.

Sixtus episcopus^{a)} servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memo-
riam. Romanus pontifex, fidem et devotionem singulorum^{b)} iusto
libramine preponderans, illos gratioso favore prosequitur^{c)} qui er-
ga Romanam ecclesiam sincere devotionis affectum^{d)} gerere com-
probantur. Sane sicut exposita^{e)} nobis nuper pro parte dilectorum
filiorum Ludovici et Iohannis Foschari fratrum^{f)} nobilium Veneto-
rum petitio continebat, quod^{g)} dudum, postquam Iacobus de Scro-
viniis^{h)} civis Paduanus, qui certam domum Arenam vulgariter nun-

a) episcopus ... Dei et cetera D b) manca in F c) prosequit F d)
manca in F e) exsibita F f) quorum F g) manca in DE h) corretto
da Scroviniis D; Scrovignis F

cupatam, in civitate Paduana consistentem, infra cuius limitesⁱ⁾ seu situm certa parrochialis ecclesia sub vocabulo Sancte Marie de^{j)} Arena fundata et in dicta ecclesia duo perpetua^{k)} beneficia ecclesiastica instituta sunt, obtinebat, et que quidem parrochialis ecclesia ac^{l)} beneficia de iure patronatus dicti Iacobi erant, a patria Paduana propter crimen lese maiestatis se absentavit^{m)}, domus predicta cum iure patronatus huiusmodi ad diversos possessores successive et postremo ad prefatosⁿ⁾ Ludovicum et Iohannem titulo emptionis^{o)} pervenit. Qui domum ipsam et ius patronatus ecclesie et beneficiorum predictorum obtinent^{p)} de presenti, licet adhuc^{q)} ecclesie et beneficiorum predictorum vacatio minime occurrerit nullumque propterea ad ecclesiam et beneficia predicta presentaverint^{r)}. Quare pro parte dictorum^{s)} Ludovici et^{t)} Iohannis^{u)}, asserentium quod dicte parrochiali ecclesie cura dumtaxat ipsius domus Arene nuncupate^{v)} ac personarum et familie eorundem imminet animarum, nobis fuit humiliter supplicatum ut ius patronatus huiusmodi confirmare et pro potiori^{w)} premissorum cautela eis de novo concedere ac alias in premissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicacionibus inclinati, ius patronatus huiusmodi auctoritate apostolica tenore presentium confirmamus et approbamus et nihilominus pro potiori^{x)} premissorum cautela dictum ius patronatus^{y)} seu presentandi personas ydoneas ad ecclesiam et^{z)} beneficia predicta, dum pro tempore vacaverint^{aa)}, eisdem^{bb)} Ludovico et Iohanni eorumque heredibus et successoribus in perpetuum de novo concedimus et reservamus, ita quod patroni prefati personas ad dicta duo beneficia pro tempore vacantia^{cc)} presentandas rectori dicte ecclesie pro tempore existenti, qui illas ad presentationes huiusmodi instituere habeat, de cetero^{dd)} perpetuis temporibus presentare nec non rectorem dicte ecclesie, dum illa etiam pro tempore vacaverit, archipresbytero^{ee)} vel archidiacono aut antiquiori cano-

i) limite *F* j) segue depennata la prima asta di una *h* *D* k) segue simplicia *F* l) et *F* m) absentavit *F* n) praefatum *F* o) impt^{um} *F* p) obtinet *F* q) adsua *F* r) presentaverit *D* s) doctorum *F* t) manca in *D* u) Iohanne *F* v) nuncupate *D* w) portiori *D* x) corretto da portiori *D* y) patronatum *F* z) et... predicta manca in *F* aa) vacaverit *F* bb) eidem *F* cc) vacantur *F* dd) ceteros *F* ee) archiepiscopo *F*

nico ecclesie Paduane, prout^{ff)} eis^{gg)} videbitur, similiter presentare, qui rectorem predictum instituere habeat et teneatur, dummodo aliquod canonicum non^{hh)} obsistat, quodqueⁱⁱ⁾ dicta parochialis ecclesia cum beneficio^{jj)} curato alio seu dignitate maiori et principali seu alias^{kk)} incompatibili absque alia dispensatione^{ll)} per unum^{mm)} de cetero obtineri possit dictaque beneficia pro tempore obtinentesⁿⁿ⁾ ad continuam residentiam per rectorem dicte ecclesie per subtractionem fructuum compelli et, si per mensem sine^{oo)} licentia ipsius fuerint absentes, absque alia monitione dictis beneficiis per illos ad quos spectat privari et illa aliis conferri possint et valeant, auctoritate apostolica^{pp)} tenore presentium statuimus pariter et decernimus^{qq)}, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque^{rr)} contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino^{ss)} hominum liceat hanc^{tt)} paginam nostre confirmationis, approbationis, concessionis^{uu)}, reservationis^{vv)}, statuti et decreti infringere vel^{ww)} ei ausu temerario contraire. Si quis autem^{xx)} hoc attemparet presumperit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum^{yy)}. Dat. Rome apud Sanctum Petrum anno incarnationis domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto, id. maii, pontificatus^{zz)} nostri anno quinto^{aaa)}.

F. Guareine^{bbb)}

ff) segue in D gg) ei F hh) non obsistat *manca in F* ii) quodcumque F jj) beneficio ... alio] alio beneficio curato F kk) alia F ll) dispositione F mm) unam F nn) obtinta F oo) sive F pp) aplica F qq) indulgemus F rr) ceterarum F ss) omnino ... paginam] et cetera D tt) sane F uu) *manca in F* vv) reservatam F ww) vel ... contraire] et cetera D xx) autem - incursum] et cetera D yy) incursum F zz) pontificatus nostri *manca in D* aaa) precede sexto, cancellato con l'iscrizione di una grande A D; quinto *manca in F* bbb) il nome *manca in D*; in E segue: Sigillum plumbeum impendentem (?)

Testamento di Isabella vedova di Filippo Foscari

1478 gennaio 26 e 29, 1480 marzo 7

Cedola (cart.): NTest b. 651 (Alvise de' Medici) n° 58 (A). L'ultima faccia-
ta del foglio doppio, rimasta bianca, indica il soggetto: *Testamentum
magnifice domine Isabette Foschari*. All'aggiunta fatta tre giorni dopo la
stesura (cfr. c. 15 e nota k) precede l'introduzione seguente, in seguito
cancellata: *Hec exceptio et additio fuit facta de mandato suprascripte
domine Isabette die vigesimo nono suprascriptorum millesimi et mensis.*
La datazione è problematica. Per quanto riguarda il calcolo dell'anno di
Cristo pare più prudente seguire l'indizione 11, che corrisponde, per la
prima *rogatio* di questo testamento, al 1478 secondo l'uso moderno,
mentre il codicillo risale a due anni dopo (ind. 13).

In nomine Dei eterni, amen. Anno ab incarnatione eiusdem mille-
simo quadringentesimo septuagesimo nono^{a)}, mensis vero ianua-
rii die vigesimo sexto, inditione undecima, Rivoalti. Ego Isabeta,
relicta quondam magnifici domini Philippi Foschari procuratoris^{b)}
Sancti Marci, considerans dubios mortis eventus et mente Dei gra-
tia et corpore sana, feci ad me vocari presbyterum Alovisium, ple-
banum Sancti Antonini, notarium Venetiarum, qui hoc meum te-
stamentum et hanc meam ultimam voluntatem redigeret in hiis
scriptis, videlicet:

In primis namque animam meam Altissimo commendans ac^{c)}
revocans quodcumque aliud testamentum per me factum, elligo
corporis mei sepulturam apud ecclesiam fratrum Minorum^{d)} in ar-
cha sive sepultura dominarum tertii ordinis sancti Francisci, in qua
sepulte fuerunt filie mee.

(2) Item dimitto quod per meos commissarios mittatur ad Ca-
stellum diebus veneris et sabbati per annum integrum et diebus
dominicis unius anni et dentur eunti ducati sex.

(3) Item dimitto dominibus monialibus Sancti Aloisii ducatos

a) corretto su octavo *espunto A* b) procuratoris... Marci *in interlinea*
A c) ac ... factum *nel margine con segni di richiamo A* d) un'aggiunta
 precede in A la riga qui cominciata, di cui la maggior parte è scritta nell'ultima
 facciata del foglio doppio: et dentur eunti ducati sex auri (cfr. *infra* c. 2); il segno
 di richiamo posto all'inizio non viene ripetuto

quinque, ut dicant pro anima mea triginta tribus millibus vicibus psalmum^{e)} *De profundis* et^{f)} totidem^{g)} vicibus psalterium.

(4) Item dimitto quod per ipsos meos commissarios dentur ducati novem uni qui vadat Romam et Assisium pro anima mea.

(5) Item quod dentur ducati undecim uni qui vadat ad Montem Angeli pro anima mea.

(6) Item quod detur ducatus unus^{h)} uni qui vadat ad Crucem pro anima mea diebus XL^{ta}.

(7) Item dimitto quod dentur ducati duo uni sacerdoti qui dicat missas Domine et ducatus unus uni qui dicat missas sancti Gregorii pro anima mea.

(8) Item dimitto ducatos quatuor dominabus tercii ordinis beati Francisci.

(9) Item dimitto ducatos octo uni que vadat quotidianie anno uno ad Sanctum Zachariam et ad Sanctum Marcum.

(10) Item volo et ordino quod per meos commissarios accipientur ducati centum auri, si eos reperient in capsula mea, sin autem, vendantur tot bona mea sive tot de bonis meis quod ascendant ad ipsam summam ducatorum centum et de ipsis centum ducatis expediantur supradicta legata et fiant.

(11) Quibus expeditis, volo quod totum illud quod restabit de ipsis centum ducatis distribuatur inter pauperes Christi et missas pro anima mea, sed quod maior pars ipsius resti sit pauperum.

(12) Item dimitto pro decima mea ducatos centum viginti auri boni et iusti ponderis.

(13) Item dimitto filie meeⁱ⁾ Sterine ducatos centum.

(14) Residuum vero omnium bonorum meorum mobilium et immobilium, presentium et futurorum, caducorum et inordinatorum, volo quod dividatur equalibus portionibus inter filios meos Urbanum, Michaelem et Franciscum.

(15) Et^{j)} quoniam prefati duo filii mei Michael et Franciscus im-presentiarum sunt sine uxoribus et filiis, volo et ordino quod, si unus seu alter ipsorum decederet sine filiis legitimis, portio sua et

e) in interlinea A f) in A le parole et ... psalterium sono aggiunte, in parte nell'ultima facciata del foglio, con segno di richiamo g) corretto su tot A h) corretto da uni A i) in interlinea A j) Et ... Francisci depennato A, assieme al brano aggiunto tre giorni dopo: exceptis ... fratris; cfr. la nota seguente

pars que ipsum tetigerit sit superstis. Et casu quo omnipotens Deus ambos et utrumque, videlicet Michaelem et Franciscum, ad se sine heredibus legittimis vocaret, volo et ordino quod partes ambe ad ipsos spectantes istius mee hereditatis vendantur et de peccuniis emantur possessiones sive imprestita, quarum aut quorum utilitas singulis annis dispensem et distribuatur inter paupe- res Christi pro animabus mea et ipsorum Michaelis et Francisci, exceptis^{k)} partibus ipsos Michaelem et Franciscum domorum me- arum Padue et Sancti Viti Venetiarum tangentibus quas, ipsis Mi- chaele et Francisco sine heredibus legittimis decedentibus, deve- nire volo in heredes legittimos prenominati Urbani, filii mei et eorum fratris.

(16) Et quoniam ubi tractavi de sepultura mea non dixi quomo- do sepeliri debeam, volo et ordino quod ad sepulturam meam non vocentur alii sacerdotes quam sacerdotes contrate in qua me mori contingat, et etiam vocentur domine tercii ordinis beati Francisci ad associandum ipsum cadaver meum ad sepulturam cum^{l)} dople- riis quatuor, dimissa quacumque alia pompa.

(17) Commissarios autem meos, qui suprascripta exequantur, instituo et esse volo filios meos predictos Urbanum, Michaelem et Franciscum filiamque meam predictam Sterinam ac sororem meam Ceciliam Marino et eius filium, egregium decretorum doctorem dominum Antonium Marino.

Interrogata de hospitalibus Pietatis, Nazareth, Sancti^{m)} Lazari, Sancti Antonii et cetera, respondi nolle aliud nec aliter ordinareⁿ⁾.

Preterea et cetera.

Ego^{o)} presbyter Marcus Stella, capellanus venerabilium domina- rum Sancti Zacharie, testis subscripsi.

Ego presbyter Lucas de Cantellis, mansionarius Sancti Zacharie, testis subscripsi.

In^{p)} nomine Dei eterni, amen. Anno ab incarnatione eiusdem

k) exceptis ... fratris *in A aggiunto con segno di richiamo nella terza pagina del foglio, ma in seguito cancellato, come il testo che immediatamente precede l)* cum ... quatuor *aggiunto alla fine del contesto A m) Sancti Lazari corretto su pietatis A n) segue l'aggiunta cum doplieris quatuor A o) le firme sono scritte da mani individuali in A*

millesimo quadringentesimo octuagesimo, mensis martii die septimo, inditione terciadecima, Rivoalti. Ego Isabella Foschari^{q)} supra et introscripta, volens aptare istud meum testamentum, feci ad me vocari presbyterum Alovisium plebanum suprascriptum.

(18) Et primo dimitto Hieronymo, filio Urbani filii mei, ducatos auri centum.

(19) Item volo quod pars residui mei dividatur equalibus portionibus inter ipsos filios^{r)} meos Urbanum, Michaelem et Franciscum. Et cuiuslibet pars sit sua libera, excep^tis domibus, quorum affictus pars volo quod cuilibet equaliter detur. Et ipsis decedentibus seu morientibus, volo quod ipse domus deveniant in heredibus meis, ex me legittime descendantibus, masculis.

Et suprascriptas depennationes feci fieri ego Isabella, presentibus testibus subscriptis.

(20) Item similiter volo et dimitto, si predicti filii mei habuerint filios legittimos post^{s)} mortem suam, quod pars domorum cuiuslibet ipsorum filiorum meorum sit sua libera.

(21) Item dimitto filio meo Urbano omnes peccunias quas ab^{t)} ipso habere debeo et nolo quod^{u)} aliquis possit ipsos petere.

Preterea et cetera.

Ego^{v)} presbyter Vitus Sancti Ieremie testis subscripti.

Ego Iacobus clericus Sancti Proculi testis subscripti.

p) quest'ultima parte del testo in A è scritta nella terza pagina del foglio doppio, sotto l'aggiunta datata il 29 gennaio; cfr. nota k q) aggiunto sopra la prima riga con segni di richiamo A r) filios meos in interlinea A s) post ... suam in interlinea A t) segue depennato ipso A u) in interlinea A v) le due firme sono apposte da altre mani in A

Costituzione di fideiussione di Michele Foscari a favore di Alvise Bevazan e suo figlio Marco per un loro debito da pagare a Piero del fu Girolamo Querini

1478 febbraio 26

Originale (cart.): PrSM, Misti b. 42 fasc. 14 senza n° (A). Scritto da Michele Foscari su una striscia di circa un quinto del normale formata di una

pagina; nel margine inferiore si vedono i resti di una riga tagliata. Sul verso: *Mauc^o neg^o* e *n^o 5*.

Sia manifesto a chi vederà questo scrito che^{a)} io Michiel Foschari de miser Felipo el procurator mi constituisso piezo de ser Alvixe et ser Marcho Bevazan suo fio che, si i diti da mo' fra a mexe sie prossimo futuri i diti non darà a miser Piero Querini fo de miser Ierolimo ducati vinti, io Michiel prometo de dar i diti ducati vinti, non derogando per questo scrito ala sua senteⁿzia et esendo el dito miser Piero^{b)} Querini ubligato a chavar de prexon el dito ser Alvixe Bevazan. E non el trazando da mo' per tuto doman, el dito scrito non valia. A dì 26 fierver 1477.

a) con segno abbreviativo soprala fine in A b) segue depennato ubilg A

203

Licentia testandi concessa da Sisto IV al cardinale Pietro Foscari

Roma, 1478 maggio 13

Copia del 1481: inserita in n° 214 (**C**). La lettera papale fu trascritta fedelmente da notaio *Franciscus de Conchellis*, che prestò attenzione alle note di cancelleria riportandole di seguito al testo: *In plicatura vero literarum suprascriptarum erant hec verba, videlicet: F. Guarnerius. Item a tergo ipsarum literarum erant etiam descripta hec verba, videlicet: Registrat. in camera apostolica. Blondus.*

La citazione nell'arenga è presa da *Codex Iustinianus* 1,2,1.

Sixtus episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Petro Foscharo, tituli Sancti Nicolay inter Ymagines presbitero cardinali, salutem et apostolicam benedictionem. Cum nihil sit quod magis hominibus debeatur quam ut supreme voluntatis liber sit stillus et licitum^{a)} quod iterum non redit arbitrium, motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblate petitionis instanciam, sed ex nostra certa scientia et mera liberalitate testandi, ordinandi et relinquendi, errogandi et disponendi libere et prout tibi

a) liberum C

videbitur de omnibus bonis tuis, tam patrimonialibus quam ecclesiasticis et per tuam industriam vel alias aquisitis quocunque iure, modo, via et forma et ex quavis causa et occaxione ad te pertinentibus seu spectantibus, cuiuscunque qualitatis, quantitatis et summe valoris seu condictionis fuerint, etiam si illa ex proventibus ecclesie Spalatensis, cuius administrator per sedem apostolicam deputatus existis, ac aliarum ecclesiarum, monasteriorum beneficiorumque ecclesiasticorum tibi commissorum et que obtines et in posterum obtinebis, etiam si ratione dignitatis cardinalatus seu alia quavis occaxione vel contemplatione ad te pervenerint vel pervenient in futurum, ac qualitercumque illa licite aquisiveris vel in posterum te aquirere contigerit, quorum omnium qualitates, quantitates, veros valores, specificationes et vocabula presentibus pro expressis haberi volumus, per viam testamenti nuncupativi seu in scriptis vel sine scriptis^{b)} aut codicillorum vel epistolarum, prout tibi melius videbitur et duxeris fatiendum, plenam et liberam auctoritate apostolica tenore presentium concedimus facultatem, statuentes nihilominus eadem auctoritate ac motu et scientia predictis quod, si forsam contingat te intestatum decedere, illi ex fratribus, consanguineis et aliis propinquis tuis in omnibus et singulis bonis tuis predictis succedant et succedere debeant qui in omnibus bonis tuis patrimonialibus sive iuxta ordinationem iuris comuniter^{c)} et leges imperiales et ordines civitatis Venetiarum succederent, non obstantibus premissis ac constitutio*nibus* et ordinationibus apostolicis, Spalatensis quoque et aliarum ecclesiarum, monasteriorum et locorum illorumque ordinum, in quibus beneficia predicta fuerint, etiam dicte civitatis municipalibus statutis et consuetudinibus, iuramento, confirmatione apostolica vel quacunque firmitate alia roboratis, ceterisque contrariis quibuscunque. Nos enim ex nunc irritum decernimus et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Dat. Rome apud Sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo, tercio id. maii, pontificatus nostri anno septimo.

b) con trattino abbreviativo depennato C c) così C, probabilmente invece di comunis

204

Testamento di Giovanni di Marco Foscari

Padova, 1478 ottobre 26

Copia della fine del sec. XV (cart.): AGrad b. 251 fasc. (1) "Testamenti" all'inizio (**B**). Il foglio doppio, del quale il testo occupa la sola prima pagina, era piegato in modo che dell'ultima facciata rimaneva visibile circa un quarto, con conseguente brunitura della carta in questa parte; ivi si trova l'annotazione: *Copia testamenti domini Iohannis Foscari*, e una *F* grande. Anche prima dell'inizio della trascrizione è scritto: *Copia*.

Copia del sec. XVII (cart.): ivi. Il testo fu evidentemente preso da B.

Per i primi tre dei medici chiamati al letto dell'ammalato, oltre a PESSENTI, *Professori* p. 171-72 (Cristoforo Rappi da Recanati) e p. 162 (Francesco e Pietro Noale), vedi: BILLANOVICH, *Cristoforo da Recanati* p. 95-132; ZANAZZO, *Una famiglia di medici*, soprattutto p. 161-63.

+ Dominus Iesus Christus

In Christi nomine, amen. m^oCCCC^oLXXVIII, die xxvi octobris, Padue in Arena.

Cum sit che mi, Zuan Foscari quondam magnifici domini Marci procuratoris et cetera, mi atruova in leto, sano gratia Dei mente, ma del corpo infermo et dubitando de la morte, et vogliando ordinar i fati mie', ho chiamato pre Marco de Franceschi quondam miser Antonio, el qual voglio scriva de suo man questa mia ultima ordenation et voluntà. Et azò sia creduto quelo el noterà de suo man, ho chiamato per testimonii li mie' 4 medici che me visitano, che son maistro Christofal de Rechanati, maistro Lorenzo de Noal et maistro Francesco so fradelo et maistro Simoneto. Oltra etiam questi dapo' ho^{a)} chiamado altri tre, che son miser pre Zuan de Venico(n), miser Antonio de Salerno, scolare et mio asistente, et dona Maria mia chomare me serve in questa mia malatia, et pregandoli volgiono esser testimonii che tuto quelo noterà dito pre Marcho de suo man sia autenticado et chome se mi medemo avesse scripto de mia man propria, et cussì volgio valgia.

Et prima con el nome de miser Iesu Christo volgio sia mie' commessarii el reverendissimo cardinal et Alvise mie' fradeli et Paula

a) h *corretta da ch B*

mia molgier, i qual volgio mandi ad execution la volontà mia chome sarà sotoscripto.

(2) Item se miser Domenedio me chiamerà, volgio el mio corpo sia sepelido a San Simion Picolo nela nostra archa, hè in la nostra capela.

(3) Item volgio sia despensado per anima mia ducati mille, chome melgio parerà a diti mie' comessarii.

(4) Laso a Paula mia molgier ducati treamilia, zoè 3000, d'oro, computado in questi la suo dota, et lasoli etiam tute suo vestidure et cose et^{b)} vita et vestita.

(5) Laso a mia fia Isabeta per suo maridar ducati quatromilia, zoè 4000.

(6) Item laso ala comp[algnia de' corali, che governi mi a Damasco, ducati siecento, zoè 600.

(7) Item laso a mio f[r]adel Alvixe ducati tresento, zoè 300.

(8) Item laso ala chiexia de miser San Piero Martore de Muran per fabricha ducati cento, zoè 100.

(9) Item laso ai patroni dele galie de Fiandra, fo mie' compagni, ducati tresento, zoè 300.

(10) Item laso alo luogo de Frati de Ierusalem ducati trenta, zoè 30.

(11) Item laso a Margarita mia schiava ducati dusento, zoè 200, per suo maridar.

(12) Item laso a dona Maria relicita de Alexio ducati vinticinque, zoè 25.

(13) Item laso Uliana schiava franchia.

(14) Item priego Paula mia molgier governa suo' fioli bene.

(15) Item Alvixe mio fradelo prego li sia recomendà mia molgier et mie' fioli, et castigali al suo bene et al suo honor, et volgio che lui sia quelo abi el governo dei mie' denari et merchadantie et de ogni altra cossa et maxime l'apalto dei corali, che de tuto el sia in mia luogo et faci et disponi ogni cossa, chome se mi fosse vivo, con ogni libertà.

(16) Dela mia decima lasai ordene al reverendissimo cardinal

b) et ... vestita *aggiunto dopo la fine della riga e prima dell'inizio della seguente B; et vestita era già scritto una prima volta all'altezza della riga precedente e poi cancellato*

mio fradelo me fesse absolver dala sanctità del papa. Quando non sia fata over non se fesse, volgio i mie' prediti comessarii la conci chome li par.

(17) Residuum vero omnium bonorum meorum de ogni conditon, che me aspetta et aspetar podesse, volgio sia de mie' fioli maschi.

Et mi pre Marcho de Franceschi quondam miser Antonio de voluntà et commandamento del dito miser Zuane ho scripto de mia man propria. El qual iera de sanissima mente et buon intelletto quando me comesse io scrivesse questa sua ultima ordenation et volumtà.

205

*Cambiale di Marco Bevazan a favore di Antonio Grimani
con fideiussione da parte di Michele Foscari*

1479 maggio 23

Originale (cart.): PrSM, Misti b. 42 fasc. 14 senza n° (A). Il foglio doppio, del quale le due facciate interne sono rimaste bianche, fu conservato in forma piegata sino alla grandezza di circa un ottavo della pagina. In uno degli spazi originariamente visibili si trovano due annotazioni, la seconda appostavi dallo stesso Michele Foscari: *Schrifto de miser Michiel Foschari de ducati 330, a (?) la g(alia) 1480. Scrito de Marcho Bevazan che io ho pagado per lui ducati 330.*

+ 1479, a dì 23 mazo in Veniexia

Sia noto a chi vederà questo presente scrito come io Marco Beazan debo dar et pagar a miser Antonio Grimani ducati trexento e trenta, zoè 330, per robe habute da lui. I qual danari debo darli da mo' ale galie a un anno, che sarà del 1480, et debo darli per piezo in parte e in tuto miser Michiel Foschari al termene sopradito.

Io^{a)} Michiel Foschari fo de miser Felipo el procurator prometo al dito tempo in parte et in tuto far el pagamento al dito tempo.

a) *da qui mano di Michele Foscari in A*

206

*Dichiarazione di Pietro di Niccolò Lando riguardante un suo
debito nei confronti di Francesco Foscari*

1479 luglio 14

Originale (cart.): ScRos b. 55 mazzo 11 proc. 109 f. 23 (**A**). Annotazione contemporanea sul verso: + 1479-. *Scrito de Piero Lando quondam ser Nec(olò) de lire 222 soldi-*.

+ 1479, a dì 14 luio

Sia notto et magnifesto chomo ho abudo e rezevudo de miser Frac(esch)o Foschari peze 12 de canbelotto, le quale deidi per avanti al deto miser Frac(esch)o per penio de quelo doveva dar^{a)} a Polo de Ianes detto 'l Mezo, e lui da poi me ha restiduide i ditti zanbelotti. E però me hobligo et chiamo me debitior al deto miser Franc(escho)^{b)} lire 222 de pizoli e quel pui che foce debitior del dito Polo. Per chiarezza de miser Franc(escho) ho fatto questo scritto de mia man, prexente ser Nicolò da Maxerate.

Io Piero Lando quondam ser Nicolò s(oto)s(crivo).

E^{c)} mi Nicolò da Maserada noder fu presente al dito scrito.

a) così A, ma verosimilmente invece di haver b) segue depennato, all'inizio della nuova riga: frac^c A c) questa nota è scritta da altra mano in A

207

*Raccomandazione del Senato a favore del cardinal
Pietro Foscari presso il papa (Sisto IV) affinché gli sia conferita
l'abbazia di Calavena*

1479 dicembre 21

Registrazione cancelleresca (perg.): SenSec reg. 29 f. 75 (**D**).

MCCCCLXXVIII

.....
 Die xxi decembris
 Summo pontifici

Consiliarii

Superioribus diebus intelleximus beatitudinem vestram consueta sua benignitate et clementia contulisse reverendissimo domino Petro Fuscaro cardinali abbatiam Calavine diocesis Veronensis, vacantem per obitum viri nobilis Marini Baduario, quod intellectu nobis fuit pericundum, ut qui eundem cardinalem precipua prosequimur benivolentia. Postea nuntiatum est nobis rem non ita *se* habere, sed beneficium antedictum collatum potius fuisse cuidam alteri. Et propterea quod initio vacationis eiusdem abbatie fecissemus nisi de collatione facta in cardinalem audivissemus, facturi nunc^{a)} venimus ex mutatione informationis et nuntii et beatitudinem vestram studiosissime precamur dignetur eandem abbatiam cardinali predicto conferre, ut aliqualiter iuvetur ad sustinendam cum honore dignitatem ei per beatitudinem vestram collatam. Quod non solum ad eiusdem cardinalis commodum cardinalatus ornamentum acceserit, sed etiam ad precipuam nostram gratificationem, quibus intercedentibus ad fastigium tanti munieris est provectus.

De parte	123	non synceri	6
de non	17		

a) nu(n)c *D, con uc su rasura, corretto forse da non*

208

*Dichiarazione di Urbano, Michele e Francesco Foscari
 riguardante le spese dell'ospedale a Murano*

1480 giugno 11

Abbozzo (cart.): ScRos b. 37 mazzo 7 proc. 11 f. 4 (**A**). A destra della prima riga del testo vero e proprio si trova la cifra 4, scritta da mano contemporanea.

Questo testo fu evidentemente utilizzato per stilare il documento seguente n° 209.

+ Dominus Iesus. 1480, a dì 11 zugnio, in Veniexia.
 Conziosia che nui Urbam, Michiel^{a)} et Francesco Foscari, fradelli, del quondam magnifico miser Philipo el percolator, per viver in mutuo amor fraternal modo siamo vigniudi in questo zorno prexemte ala divixiom de tuti^{b)} i beni mobelli e stabelli, sì in Veniexia come de fuor de Veniexia, che fo del quondam magnifico nostro padre et eziam del miser Nicolò Foscari, el cavalier, per lui posedudi comodocumque, de^{c)} i qual sono fate tre parti, qui soto anotade, da esser zitado per tesere. Ma perché per el testamento de miser Nicolò Foscari le posesiom dei Romchi e Zelarim sono obligadi alla sustentaziom de 12 poveri et del suo ospedal de Muram, se dechia-
 ra che non obstante la prexemte^{d)} divixiom che, s'el sarà bisognio de necesità fabrichar sul dito luogo de Romchi per condur abitador et anche riparar^{e)} el^{f)} molim e tute altre cosse nezesarie ocorenti^{g)} de tempo in tempo per sostemtar le intrade prexemti de Zelarim e Romchi, chadaun de nui per el suo terzo abia a satifar. Veramente perché el potria ochorer che le intrade prexemti de Romchi, che sono stara 46 formento, poria descazer e deminuir et eziam tute quelle chosse che al prexemte se dano a l'ospedal de Muram per sustentaziom dei 12 poveri se tiem lì, che tuto quello che per algun tempo fosse deminuito per sostemtaziom de diti poveri et ospedal chadaun de nui per un terzo abia a suplir et satifar. E questo si fa per esser specificademente obligato Romchi et Zelarim per el^{h)} testamento de miser Nicolò Foscari ai poveri et ospedal diti. Item perché oltre le chosse deputade de Zelarim <e> Romchi ala sustemtaziom dei poveri et ospedal diti eziam se contribuisse libre 28, o quello el fosseⁱ⁾, se dechiera che chadaun de nui dia^{j)} e contribui-
 sca el suo terzo. Item le intrade de questo ano prexemte de Zela-
 rim^{k)} et de Vallà se abia a partir per terzo et per el simel tuti i fiti, sì in Veniexia chome de fuora, fino a questo dì se abia a partir per terzo.

a) sopra la linea A b) segue depennato le po A c) de ... parti aggiunto
 dopo la fine della riga e prima dell'inizio della seguente, per sostituire in questo
 muodo et forma A d) p(exe)mt(e), l'inizio corretto da diu A e) segue de-
 pennato la chaxa et A f) in interlinea A g) ocorenti ... in tempo aggiunto
 nel margine con segni di richiamo A h) segue depennato ste A i) segue
 depennato che A j) segue depennato et el s A k) segue depennato romchi
 A

209

*Divisione dei beni immobili tra Urbano, Michele
e Francesco Foscari*

1480 giugno 19

Copia del sec. XVI (cart.): ScRos b. 37 mazzo 7 proc. 11 f. 1-3 (**E**). La trascrizione fu eseguita da *Anastasius Tinotus curie procuratorum*, che indica di aver tratto la copia da un'altra presentata dal cavaliere Alvise Mocenigo, agente a nome dei procuratori di S. Marco di citra come esecutori testamentari di Michele Foscari. All'inizio si trova: *Exemplum*. A f. 3', ultima facciata del fascicolo, sono scritti: *Divisio 1480*, con l'aggiunta: *Bonorum paternorum*, e una nota, firmata da *Christophorus Aprilis*, attesta la presentazione agli *audatores veteres* (?) il 10 dicembre 1516 per *dominum Philippum Foschari*, sicuramente il figlio di Francesco.

Copia del 1556-57 (cart.): ivi, b. 59 mazzo 13 proc. 7 pt. 1 f. 32'-34 (**G**). Vicino all'inizio del testo sono annotati: *Exemplum*, la data e *Divisio bonorum quondam domini Filippi quondam domini Nicolai equitis*.

Copia del 1556-57 (cart.): ivi, proc. 11 f. 75'-77' (**H**). Prima del testo: *Exemplum*.

Le copie G e H presentano soltanto differenze ortografiche rispetto ad E, con eccezione di un caso in cui pare sia corretto un nome topografico (vedi nota e). Alla fine di ciascuna di esse è posta perfino una nota in cui appaiono i nomi di Anastasio Tinotto e di Alvise Mocenigo. Poiché risalgano sicuramente ad E, non è necessario tener conto delle numerose altre varianti.

In questo documento fu inserito in parte il testo del n° 24 (3).

Dominus Iesus et Maria
1480, a dì 19 zugno in Veniexia

Division facta per nui Urban, Michiel et Francesco Foscari fradelli de tuto el stabele et possession, sì qui in Veniexia come de fuora de Veniexia, che fo del quondam magnifico miser Philippo Foscari procurator de la chiesa de San Marco, nostro padre, ac etiam del quondam miser Nicolò Foscari el cavallier, possesse per el ditto nostro padre quomodocumque, da esser zittade^{a)} le tessere, vide-licet:

a) corretto da gittade E

Prima parte

Tutta la caxa grande et l'hostaria et caneva posta al ponte dela Paglia senza la bottega del barbier, cum tuto quello à la ditta bottega al presente; e habi' a dar in perpetuo ale do parte in perpetuo de pension ognì anno ducati cinquanta d'oro, dei quali non habia a pagar decima alguna, ma le do parte pagi loro la decima; i letti et altre cose neccessarie per uso de quelle sieno stimate^{b)}, siando obligato a chi toccherà la presente parte tuorle per ditta stima cum termine de mesi 6 a pagar.

Segonda parte

La caxa grande da statio da Zelarin cum li suo' bruoli et tutto quello se tien al presente, cum tutto el soraabondante dele intrade de Ronchi e Zelarin de quello se dà a l'hospedal de Muran et po-veri dodexe.

Item in Padoa una bottega sotto el Palazo grando.

Item una chiesura a l'arzere d'i Crosiari^{c)} fuor de Padoa che tien al presente Zano(n) del Zago.

Item la bottega del barbier al ponte dela Paia cum tuto quello la tien al presente, et habiasse a fermar i suo' confini.

Item tute le caxe grande et picole che sono a San Biasio et in rio de Castello, che fo comprade per el quondam nostro padre.

Item la mità dela caxa et terren da San Vido pro indiviso cum nostra madre.

Item la caxa a San Moisè per mezo la giexia.

Item tute le caxe picole et corte che sono in calle longa a San Symon.

Item habia dela pension de l'hostaria in ognì anno in perpetuo ducati 4.

Terza parte

Tutte le caxe grande et picole e forno che sono in San Cassan quomodocumque.

Item tutte le caxe et terren vacuo che è in rio Marin, comprade et per nostro padre possedude.

b) *segue depennato* secondo E c) crosechiari GH

Item tutte volte et botege grande et picole in soler et a pepian che sono in San Mafio et San Zuane de Rialto.

Item la casa grande da Vallè cum suo cortivo, cum tutte terre, pradi et boschi posti in ditta villa da Vallè et territorio de Castelfrancho et tutto quello ha comprado in ditti luogi Vallè et Castelfrancho per el quondam nostro padre, cum tutte sue rason, e a ciò in questo caxo se debiamo equalizar de quello ne fosse tolto o se de quello che fo comprado fusse tolto alcuna cosa a che non se podesse recuperar.

Item habia dela pension de l'hostaria ogni anno in perpetuo ducati 46.

Item habia la caxa da Muran, zoè la parte che a nui expetta, che è la mità, et l'altra mità expetta a miser Alvixe et miser Nicolò Foscari.

In la presente division « se dechiara » che per rispetto che « per el testamento de miser Nicolò Foscari » cavallier « le^{d)} possession de Ronchi et Zelarin sono obligate alla substentation de 12 poveri et » reparation « del suo hospedal de Muran, che non obstante la presente division che, s'el serà bisogno fabricar suso ditto luogo di Ronchi per comodar habitador et etiam reparar al molin et » far « tute altre cose neccessarie per substentar le presente intrade, chadaun de nui per el suo terzo habia a » contribuir ala spexa occorrerà « de tempo in tempo », non intendando in questo la caxa grande da statio né li suo' b̄r̄uoli né etiam le caxe deli habitadore de Zelarin. « Veramente perché el poria occorrer che le intrade presente de Ronchi, che sono stara 46 formento », et tutte le altre cose che al presente se danno per el viver de XII poveri de l'hospedal de Muran manchasse et minuisse, « che tutto quello che » diminuirà et mancherà « per alcum tempo » habiamo « a satisfar per terzo ». Item perché el se deva per el quondam nostro padre libre 28 ogni anno a l'hospedal de Muran per el substentar de' ditti poveri, che questo anno habiamo a pagar per terzo le intrade, de questo anno presente de formento et vini et altre cose de Zelarin et dele possession de Vallè et Castelfrancho, se debia partir per terzo, et per el simel tutti li crediti et debiti, quomodocumque siano, per terzo.

d) et EGH

210

*Supplica del Senato a favore del cardinale Foscari affinché
il papa (Sisto IV) gli conferisca benefici con redditi sufficienti*

1480 agosto 22

Registrazione cancelleresca (perg.): SenSec reg. 29 f. 137' (D).

MCCCCLXXX, die XXII augusti

Ser Franciscus Venerio procurator, ser Bernardus Iustiniano miles,
procurator, ser Ioannes Capello, ser Antonius Lauredano miles,
procurator, ser Dominicus Mauroceno, ser Thomas Trivisano sa-
pientes consilii; sapientes terre firme

Summo pontifici

Cupimus vehementer ut reverendissimus dominus cardinalis
Foscarus tantum habeat beneficiorum quantum ei sufficiat ad sus-
tinendam cum splendore dignitatem qua beatitudo vestra illum
insignivit. Huiusmodi nostrum desiderium non solum ratione rei
desiderate, que per se honesta et quodammodo necessaria est, sed
ratione etiam persone de sede apostolica deque nobis optime me-
rite honestissimum potest existimari. Et quamvis^{a)} pro nonnullis
aliis nobilibus et civibus nostris^{b)} intercesserimus et quandoque
contingat ut rogati intercedamus, cupimus tamen ut huic reveren-
dissimo domino, pro quo sponte movemur nostra, ob illius pau-
pertatem celerius^{c)} per vestram beatitudinem provideatur. Et prop-
terea non sine necessaria ratione et respectu ad istas scribendas
inducimur, studiosissime supplicantes ut sanctitas vestra, si accide-
rit occasio providendi suprascripto domino, preteritarum et huius
nostre ultronee intercessionis meminisse dignetur et tam clemen-
ter benigneque cum eo agere quod citra consuetam angustiam
vivere valeat. Id nobis tam gratum futurum est quam quid gratissi-
mum.

De parte	157	non synceri	0
de non	0		

a) su rasura in D b) in D, alla fine della riga, segue depennata i c) ripe-
tuto in D, depennata la prima parola

*Indulgenze concesse dal papa (Sisto IV) a Niccolò di Giacomo
Foscari e a tutti a suoi parenti*

(Roma, 1481, prima di maggio)

Copia autentica contemporanea (perg.) da un'originale in forma di *supplicatio sola signatura*: BCORR, mss. PD c. 308/1 fasc. 32 (**B**). Attergato dello stesso scrittore: *Pro magnifico domino Nicolao Foscari*. Nelle linee di piegatura si riscontrano alcune lesioni della pergamena, che oltre a ciò è invasa da tutta una serie di piccoli fori.

La data si colloca all'epoca dell'ambasciata romana di Zaccaria Barbaro.

La costruzione grammaticale è tanto ambiziosa quanto difettosa fin dall'inizio; si aspetterebbe ad esempio: «quatenus eis..., ut (oppure quod) confessor idoneus... possit ipsos... absolvere... et remissione... impendere,... licentiam... concedere... dignemini de gratia speciali».

BEATISSIME PATER^{a)}! Ut animarum saluti devotorum oratorum sanctitatis vestre Zacharie Barbaro militis et Nicolai Foscari quondam Iacobi salubrius consulatur, supplicant humiliter beatitudini vestre quatenus eis et eorum cuiilibet nec non patribus, matribus, uxoribus, fratribus, sororibus^{b)}, filiis et filiabus, generis et nuribus, nepotibus et neptibus, sororiis, consanguineis, propinquis, affinibus ac omnibus de domo et familia confessor idoneus secularis vel cuiusvis ordinis regularis, quem ad hoc ipsi duxerint eligendum, ipsos ab omnibus et singulis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis et promulgatis nec non p(er)[iu]riorum et homicidii voluntarii vel mentalis, adulterii, incestus, fornicationis et sacrilegii reatibus et votorum quorumcunque et mandatorum ecclesie transgressio[n]ibus, usurarum macula sive nota, iejuniorum et penitenciarum iniunctarum in toto vel in parte omissionibus aliisque eorum peccatis, delictis, criminibus et excessibus quibuscunque quantumcunque enormibus, de qui-

a) Il vocativo con ogni probabilità nell'originale era in lettere capitali, alternativamente rosse e azzurre. b) b corretta da p B

bus corde contriti et ore confessi fuerint, etiam si talia essent properque sedes apostolica merito foret consulenda, semel in vita et in mortis articulo, de aliis vero dicte sedi non reservatis casibus tociens quociens opus fuerit, absolvere et pro commissis penitentiem iniungere salutarem ac vota quecunque per eos forsan emissae et ieunia ab ecclesia Dei precepta in alia pietatis opera commutare et iuramenta quecunque relaxare nec non plenariam remissionem omnium peccatorum impendere, quodque eisdem et eorum cuiilibet liceat habere altare portatile cum debitiss reverentia et honore, super quo etiam ante diem, quociens eisdem oratoribus placuerit, per proprium sacerdotem vel alium idoneum in eorum familiarum et aliarum personarum ibidem pro tempore existentium presentia missas et alia divina officia celebrari facere nec non a quocunque sacerdote idoneo seculari vel regulari, quandocunque eis videbitur expediens, eucharistiam sive corpus dominicum suscipere ac eidem sacerdoti ut illam et illud eis ministrare, cuiusvis licentia super hoc minime requisita seu requisita et non obtenta, libere et licite valeant, licentiam et facultatem concedere et indulgere dignemini de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque, cum clausulis opportunis et consuetis.
Fiat^{c)} ut petitur. F.

Et de reservatis semel in vita et in mortis articulo
 Et de non reservatis casibus tociens quociens opus fuerit
 Et de commutatione votorum et ieuniorum et relaxatione iuramentorum

Et de plenaria remissione semel in vita et in mortis articulo
 Et de altari portatili etiam cum clausula “ante diem”
 Et quod possint suscipere eucharistiam ut premittitur
 Et quod presenti supplicationi sola signatura sufficiat

Fiat^{d)}. F.

c) Fiat ... F. scritta in B con inchiostro un po' differente, anche con una grafia diversa in B, forse imitando l'originale segnatura papale d) scritto in B con le stesse particolarità indicate nella nota precedente; una estesa graffa rivela che la conferma si riferisce a tutte e sette le richieste

SN Ego^{e)} Ioannesnicolaus de Petrarubea quondam ser Angeli, publicus imperiali ac Veneta auctoritate notarius et iudex ordinarius, presens exemplum manu Angeli filii mei cum auctentico, in quo quamplurium patriciorum Venetorum nomina descripta sunt, ad requisitionem magnifici et clarissimi domini Nicolai Foscari superascripti transcriptum auscultavi, et quia in omnibus cum eodem auctentico, in quo^{f)} etiam signatura summi pontificis apparere, concordare inveni, ideo in fidem me subscripsi signo et nomine consuetis.

e) *qui comincia un'altra mano in B* f) *quo etiam in interlinea B*

212

*Ducale di Giovanni Mocenigo col permesso di far estrarre metalli
nel Bresciano e nella riviera di Salò, concesso a Francesco
di Filippo Foscari*

1481 maggio 10

Originale (perg.): ScRos b. 42 mazzo 10 proc. 5 f. (6) (A). La plica è tagliata, sono però rimasti due fori, attraverso cui una volta passava il filo della bolla ducale, ora mancante.

IOANNes Mocenigo Dei gratia dux Venetiarum et cetera. Universis et singulis presens privilegium inspecturis pateat evidenter quod, ad supplicationem nobilis civis nostri Francisci Foscari quondam ser Philippi procuratoris et sociorum cum eorum filiis, heredibus et successoribus imperpetuum, auctoritate consilii nostri rogatorum concedimus et impartimur quod fodi facere possint in locis communis Bagolini et vallis Sabii districtus Brixensis et per totum territorium Brixensem et Riparie Salodii iurisdictionis nostri dominii cum suis laboratoribus aurum, argentum et alia metalla, solvendo decimam nostro dominio – hoc tamen declarato quod, si fodere vellent in loco aliquo privato et specialium personarum, id faciant cum voluntate earum et non aliter –, hac tamen conditione quod ubi fodere incipient nemo per miliare fodere valeat, et habe-

a*n*nt terminum principiandi et continuandi usque unum annum proximum, quo termino transacto, si non principiaverint et continuaverint, huiusmodi concessio nostra non valeat, reservatis tamen aliis concessionibus factis et per nos indultis. Verum teneantur predicti in primis x annis dare nostro dominio realiter et fideliter decimam partem minere vel vene que ipsi de dictis locis foderint seu extraxerint, quam tamen decimam minere seu vene collare se offerunt ad expensas nostras, que tamen parve erunt, in ceteris quidem annis dare nobis obligati sint decimam auri et argenti seu alterius metalli collatam omnibus suis expensis. Et teneantur predicti et obligati sint totum aurum et argentum quod ipsi in parte sua habebunt vendere in hac inclyta urbe nostra sive in terris et locis nostris sine solutione datii, cetera autem metalla que habebunt possint in terris et locis nostris vel alienis vendere, ut eis placet, sine datio aliquo. Item possint edificari facere domos tam pro habitatione laboratorum quam fusinarum construendarum prope aquas et flumina ac canalia in teritorii nostris in locis eis aptis et commodis ad libitum eorum pro exercitio et opere predicto. Possint etiam accipere et incidere ligna pro pontibus, domibus et susinis^{a)} edificandis et tenendis ac pro carbonibus et usu et necessitatibus suis de nemoribus nostris et comuniū. Possint etiam facere pontes et stratas iuxta eorum necessitates. Sint omnes supradicti exempti ab omni angaria reali et personali pro tempore quo fodent et fodi facient et per quinque annos ultra. Et possint libere conducere et extrahere ferramenta et quecunque alia eis necessaria ad simile opus. Possint etiam cum uxoribus et familiis et rebus suis ac pro eorum usu ire et redire libere et sine alicuius datii solutione vel gabella. Possint preterea pasculare animalia pro usu et neccessitate eorum in pascuis nostris et comuniū et ea conducere et extrahere de locis nostris libere et absque datio. Possint insuper conducere pro usu et neccessitate eorum ad loca in quibus reducentur vinum, farinam, frumentum, carnes salitas, caseum, pisces, legumina et quecunque alia necessaria ad eorum victum libere et sine alicuius datii solutione, hoc tamen declarato quod huiusmodi deliberationes et exemptiones datii incipient ha-

a) così *A invece di fusinis*

bere locum et vigorem postquam datarii qui ad presens tenent datia nostra compleverint datia eorum et a tempore quo datarii novi intrabunt datia predicta inantea. Et obligentur predicti nobiles nostri predicta omnia facere et adimplere fideliter et sine fraude. Mandamus igitur auctoritate consilii nostri rogatorum universis et singulis potestatibus, capitaneis, rectoribus, castellanis, vicariis, iudicibus, officialibus et quibuscumque subditis nostris et eorum cui libet quatenus presens nostrum privilegium et concessionem, in quantum ad eos attinet, observent et faciant inviolabiliter observari et illi in aliqua parte nullatenus contraveniri. Datum in nostro ducali palatio die decimo mensis maii, indictione quartadecima, M^oCCCCLXXX primo.

213

Protesta di Andrea di Giovanni Lando a nome di Francesco di Filippo Foscari contro Francesco Bono, patrono di una nave, che si accinge a trasportare vino in quantità inferiore a quella pattuita

Candia, 1481 settembre 27

Originale (perg.): ScRos b. 55 mazzo 11 proc. 109 f. 1 (A). Il notaio distingue chiaramente tra *z* e *ç*.

In nomine Dei eterni, amen. Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo quadringentesimo octuagesimo primo, mensis septembri die xxvii, indizione xv, Candide insule Crethe. Nobilis vir ser Andreas Lando quondam domini Iohannis de Vene ciis tanquam procurator et procuratorio nomine spectabilis viri domini Francisci Foscari quondam magnifici domini Philipi procuratoris accesit ad me notarium infrascriptum, recquires me ut recquisitionem et protestacionem infrascriptam notare, formare et legere deberem contra et adversus ser Franciscum Bono patronum unius navis de Vene ciis ad presens *in* portu Candide residentis per hunc modum infrascriptum:

Cum dictus dominus Franciscus naulizaverit Vene ciis supra dic-

tam navim tuam milliaria viginti vinorum de firmo et alia quinque milliaria de respectu, ut patet per naulizatum superinde factum Veneçii, que milliaria xx de firmo tu, suprascripte patronae, accep- tavi et illa caricari fecisti supra dictam navim tuam, et^{a)} recquisito te suprascripto patrono a me suprascripto Andrea de acceptando et caricari faciendo dicta miliaria quinque dicti respectus, que iux- ta formam dicti naulizati teneris et obligatus es acceptare ad rec- quisitionem mei dicti Andree, que milliaria quinque dicti respectus tu, dicte patronae, non vis acceptare – contra formam dicti vestri naulizati; quod retondit et poset retondere in grave dapnum et interesse dicti domini Francisci. Ideoque ego predictus Andreas pro indemnitate iurium dicti domini Francisci insto et recquiro te suprascriptum patronum ut pro observatione dicti nostri naulizati dicta milliaria quinque respectus cum effectu debeatis acceptav- isse et caricavisse, prout teneris et obligatus es per dictum nauliza- tum, hinc usque ad dies III proximos, aliter et alio modo ego dictus Andreas nomine quo supra intendo dicta milliaria quinque nauli- zari et caricari facere in una alia navi, que debeat ire Veneçii, ad omnem dapnum, iacturam, pericula et interesse vestra. Et ulteri- us protestando protestor contra te suprascriptum patronum tan- quam patronum et in specialitate tua propria et contra dictam na- vim, participes et bona sua quequunque de omnibus dapnis, expensis et interesse ipsi domino Francisco superinde quomodo- libet eventuris pro dictis miliariis quinque occasione et deffectu tuo, salvis semper omnibus aliis iuribus dicti domini Francisci quo- modoquunque et qualiterquunque.

Qua protestacione lecta suprascripto patrono in die suprascrip- to, ipse respondet quod loco et tempore respondebitur. Supra- scriptus vero dominus Andreas rogavit me notarium et testes infra- scriptos ut hoc publicum conficerem instrumentum.

+ Ego Costandi Preca testis subscripsi.

+ Ἐγώ ὁ Λέοντης Δημητρόπουλος μάρτης +

SN Ego Cyrillus Gradenico notarius Veneçiarum complevi et ro- boravi.

a) et ... Andrea *ripetuto in A, depennato alla prima occorrenza*

Conferimento da parte di Francesco fu Alvise Foscari fu Marco procuratore, per sé e per il fratello Domenico minorenne, e di Agostino del fu Giovanni fu Marco procuratore, per sé e per il fratello Marco minorenne, del ruolo di arbitro in tutte le loro controversie patrimoniali allo zio Pietro Foscari, cardinale, che fa una dichiarazione di volontà testamentaria a favore dei nipoti

Padova, 1481 ottobre 8

Strumento notarile (perg.): AGrad b. 360/I senza n° (A). Dopo la sottoscrizione del notaio si trova, scritta da *Nicolaus Mazuchat(o)*, notaio del Comune di Padova, l'attestazione di Paolo Barbo, podestà di Padova, datata il 1497 luglio 15, dichiarante che *Franciscus de Chonchellis* è notaio pubblico e legale. Una segnatura in rosso, appartenente all'antico archivio Foscari, è scritta sul verso: *16 Venet. m.º 2º*.

I paragrafi sono qui introdotti per evidenziare meglio l'articolazione delle disposizioni.

In nomine domini nostri Yesu Christi, amen. Anno eiusdem nativitatis millesimo quadragesimo octuagesimo primo, inditione quartadecima, die lune octavo mensis octobris, Padue in palatio Arene reverendissimi domini cardinalis infrascripti, in camera superiori audiencie versus ortum, presentibus egregio iurisconsulto d^romino Michaele de Marostica quondam domini Antonii, cive et habitatore Padue in contrata Sancti Firmi, et spectabili viro domino Antonio de Vigontia quondam spectabilis viri domini Iacobi, cive et habitatore Padue in contrata Domus Dei, testibus ad hec habitis, adhibitis et spacialiter ad infrascripta rogatis.

Ibique nobilis dominus Franciscus Foscharus filius quondam magnifici et generosi viri domini Ludovici, agens nomine suo proprio ac vice et nomine nobilis domini Dominici eius fratris minoris in pupillari etate constituti, pro quo de rato et ratihabitione promisit ac se facturum et curaturum cum effectu, omni exceptione remota, quod prefatus dominus Dominicus, cum erit legitime etatis, laudabit, approbabit^{a)} et ratihabitione confirmabit presens instru-

a) coretto da abprobabit A

mentum ac omnia et singula in eo contenta et desscripta, sub obligatione omnium suorum bonorum, ex una

et nobilis dominus Augustinus Foscharus filius quondam magnifici et generosi viri domini Iohannis, agens nomine suo proprio ac vice et nomine nobilis domini Marci eius fratris in pupillari etate constituti, pro quo de rato et ratihabitione promisit ac se facturum et curaturum cum effectu, omni exceptione remota, quod dictus dominus Marcus, cum adoleverit, laudabit, approbabit et ratihabitione confirmabit presens instrumentum ac omnia et singula in eo contenta et desscripta, sub obligatione omnium suorum bonorum, parte ex altera,

fratrum et filiorum quondam magnifici et generosi viri domini Marci Foschari, olim procuratoris Sancti Marci Venetiarum dignissimi,

sicut Deo placuit, impresentiarum orbati ipsis patribus suis, volentes, sicut decet veros consanguineos tanquam vere fratres germanos vivere adinvicem similiter et conversari, et ad hoc ut omnis^{b)} anfractus dissensionis et discordie, que aliquando possent oriri inter eos, in totum tollantur, cum animadvertant neminem fideliolem et strictiori amore sibi affectum pro presenti habere in proctetorem^{c)}, consultorem, fautorem et in patrem nisi solum reverendissimum dominum dominum Petrum Foscharum, tituli Sancti Nicolay inter Ymagines sancte Romane ecclesie presbiterum cardinalem et episcopum Paduanum dignissimum, earum partium unicum superstitem patrum, nec non cognoscant ipsius animum et pium affectum ac paternum in ipsos nepotes, ita ut vigillias ac solitudines, ut ipsis nepotibus pacem et refrigerium ac utilitatem prestat, in die substineat,

hinc est quod dicti nobiles domini Franciscus et Augustinus, volentes recognoscere, quantum in eis est, bonitatem, affectionem et curam dicti reverendissimi domini eorum patrui erga eos, non coacti nec inducti ab aliquo sed sua propria et spontanea voluntate, omni meliori modo, via et forma quibus melius potuerunt et possunt, creaverunt, ordinaverunt, ellegerunt et constituerunt ipsum reverendissimum dominum Petrum cardinalem, patrum an-

b) così *A invece di omnes* c) così *A*

tedictum, ibi presentem et acceptantem, suum verum et indubitatum ac irrevocabilem compromissarium ac amicabilem compositorem, mediatorem, determinatorem et decisorem in et super quibusunque eorum adinvicem rebus, tractatibus, negotiis, actionibus, litibus ac controversiis, que in futurum inter eos quomodolibet evenire et contingere possent et poterunt, promitentes et ex nunc promittunt sub obligatione bonorum suorum de non recebendo ab ipsis reverendissimi domini patrui sui determinatione et decisione nec de petendo unquam sub aliquo iudice, tam ecclesiastico quam seculari, reductionem ad arbitrium boni viri ab et de aliquo laudo et arbitramento, lato inter eos sive ferendo ab ipso reverendissimo domino cardinali eorum patruo, etiam si uni ex ipsis daret et consignaret de bonis et rebus alterius in quacunque summa, sed omnia gesta et que gerentur inter eos per ipsum reverendissimum dominum patrum ex nunc habent et habebunt firma et rata.

Item suprascripti domini Franciscus et Augustinus, agentes nomine eorum proprio et nomine eorum fratrum minorum prout supra, et pro quibus etiam de rato et ratihabitione promiserunt ut supra, volentes attendere et recognoscere amorem et pium affectum ac sollicitudinem et curam erga eos et res suas dicti reverendissimi domini cardinalis patrui sui, et etiam quia sic eis ita facere placuit et non per errorem, sed ex certa scientia, omni meliori modo et forma quibus melius et validius facere possunt et possint, concedunt et cedunt ac ex nunc per presens publicum instrumentum dant et attribuunt omnimodam facultatem, cessionem et auctoritatem ac bailiam obligandi, disponendi, componendi, terminandi, dividendi, extrahendi et dispensandi alte et basse, prout dominationi sue reverendissime placuerit et visum fuerit, omnia eorum bona mobilia et immobilia, rationes, actiones, debitores ac iura quecunque, qualiacunque ipsis nobilibus dominis Francisco et Augustino ac eorum fratribus suprascriptis qualitercunque et quomodocunque pertinentia et in futurum pertinenda; promitentes dicte partes nomine eorum proprio et dictis nominibus adinvicem et vicissim, solempnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus, perpetuo firmum, ratum et gratum habere et tenere quicquid dispositum, compositum, determinatum, decisum, divisum,

extractum, dispensatum et traditum ac alienatum per dominacionem suam reverendissimam fuerit et in aliquo non contravenire aliqua ratione, causa, ingenio aut colore iuris vel facti, etiam si omnia eorum bona mobilia et immobilia, iura, rationes et actiones disponeret, obligaret, determinaret, decideret, divideret, extraheret, dispensaret, cederet, traderet ac alienaret ipsa dominatio sua reverendissima in quoscumque vel quascumque personas pro libito voluntatis sue; promittentes et obligantes se ipsis et dictis nominibus, et ex nunc promitunt et se obligant adinvicem et vicissim, solemnis stipulationibus hinc inde intervenientibus, in presencia prelibati reverendissimi domini cardinalis, patrui sui, etiam acceptantis, stipulantis et recipientis, et testium suprascriptorum nec non et mei notarii infrascripti, uti publice persone etiam stipulantis et acceptantis vice et nomine omnium et singulorum quorum interest vel interesse potest et poterit quomodolibet in futurum, quod de cetero de ipsis bonis, rebus, actionibus et iuribus quibuscumque, quomodolibet eisdem contingentibus et in futurum contingendis, quod nihil penitus disponent seu alienabunt quocunque modo sine licencia et expresso consensu suprascripti reverendissimi domini cardinalis patrui sui; quod si secus per ipsis vel eorum aliquem factum fuerit, ex nunc prout ex tunc et econtra dicunt, protestantur et ita volunt quod ipso iure sit irritum et inane nulliusque roboris et momenti, remanente semper salva et firma nihilominus hac presenti stipulatione et obligatione, consignatione, alienatione et traditione, ut supra dictum est.

Sed eo casu quo ipse reverendissimus dominus cardinalis eorum patruus dicta ipsorum bona et iura in aliquos transferret seu alienaret ipsis viventibus, tunc et eo casu voluerunt et reservaverunt et ex nunc volunt et reservant sibi potestatem testandi de ipsis suis bonis ad pias causas et in alios actus usque ad quantitatem que videbitur honesta et ydonea, habita consideratione ad facultates et bona eorum sic tradita et concessa ut supra, hoc tamen etiam adiecto quod in eventum mortis eorundem vel alterius eorum et *si* ipse reverendissimus dominus cardinalis patruus adhuc nihil aliud disposisset sive alienasset aut consignasset seu extraxisset, prout supra est dictum, de dictis bonis ipsorum vel alterius eorum, tunc et eo casu eisdem vel alteri eorum de et super ipsis bonis suis

liceat et licitum sit testari. Quod quidem testamentum et testatio eorum vel alterius ipsorum, sic factum et facta, ipsi nobiles domini Franciscus et Augustinus volunt nihilominus quod possit alterari^{d)}, diminui et adiungi pro libito voluntatis dicti reverendissimi domini cardinalis, eorum patrui, preterquam in rebus per eosdem vel alterum eorum ad pias causas et in remedium anime eorum vel alterius ipsorum, ad hoc ut non videatur eisdem adempta facultas standi. Et protestati fuerunt et ita se obligaverunt quod in eorum testamentis vel alterius ipsorum non dimitent aliquem alium suum executorem nisi solum ipsum reverendissimum dominum cardinalem, patrum suum, et si quempiam dimiterent vel alter eorum dimiteret, voluerunt et protestantur quod non habeatur pro executore, sed solum intelligatur de ipso suo patruo reverendissimo solo, et hoc propter fidem paternam quam gerunt et habent erga ipsum reverendissimum dominum eorum patrum.

Insuper ipsi nobiles domini Franciscus et Augustinus protestantur et asserunt quod propter hoc instrumentum traditionis, obligationis, cessionis, alienationis et facultatis, date in ipsum reverendissimum dominum cardinalem, eorum patrum, super ipsorum bonis ut supra, non intendunt^{e)} nec volunt quod eorum bona et iura adinvicem censeantur alterata seu confusa et unita, sed ipsa sua bona et iura censeantur et sint ipso iure clare divisa, segregata et separata, sicut hactenus fuerunt et de presenti sunt et reperiuntur et in posterum reperientur, ita quod, sive vivente sive decedente ipso reverendissimo domino cardinali, eorum patruo, et nihil aliud de et super predictis eorum bonis disponente et alienante seu ordinante, quilibet eorum possideat et habeat bona sua divisa et separata, sicut nunc habent et possident et hactenus habuerunt et possiderunt.

Item supradicti nobiles domini Franciscus et Augustinus pro predictis omnibus et singulis melius et firmius attendendis et observandis sponte obligaverunt et obligant se personaliter et omnia sua bona presentia et futura, renunciantes super his omnibus iuri-

d) alt(er)i A e) il resto della linea, la metà all'incirca, è rimasta bianca, e all'inizio di quella successiva sono ripetute le due ultime parole A; cfr. la completio del notaio

bus, statutis et consuetudinibus, tam civitatis Venetiarum quam Padue, et aliis quibuscunque consuetudinibus et statutis ac iuribus, tam editis et inductis quam edendis et inducendis, per que et quas huic stipulationi seu instrumento vel alicui ex contentis in eo contravenire possent, et quibuscunque exceptionibus et maxime exceptioni doli mali, condictioni indebiti, sine causa, in factum actioni, rei non sic geste et omni alii suo iuri per pactum spetiale et expressum, solempni stipulatione firmatum. Et ad maiorem rei firmitatem ipsi nobiles, videlicet dominus Franciscus, in vigesimo secundo anno etatis sue constitutus, et dominus Augustinus, in decimo septimo anno etatis sue constitutus, iuraverunt corporaliter ad sancta Dei evangelia, manibus tactis Scripturis, in manibus mei notarii infrascripti, stipulantis vice et nomine omnium et singulorum quorum interest vel interesse potest et poterit quomodolibet in futurum, de non petendo unquam restitutionem in integrum adversus sive contra dictum presens instrumentum sive adversus aut contra contenta vel aliquod contentorum in eo ratione minoris etatis nec ratione alicuius lesionis aut aliqua alia ratione, cognita vel incognita, etiam nec unquam contraveniendo ipsi instrumento sive contentis in eo de iure nec de facto. Item dicti nobiles domini Franciscus et Augustinus similiter in manibus mei infrascripti notarii recipientis iuraverunt eo modo quo supra de non petendo umquam ab ipso iuramento absolutionem et habilitationem, et si unquam peterent, iuraverunt eo modo quo supra de non utendo ea vel eis, et hec in presentia ipsius reverendissimi domini Petri cardinalis, eorum patrui, conscientis et acceptantis dictam cessionem, traditionem, concessionem et alienationem, in eum patrum reverendissimum factam et factas ut supra.

Et qui reverendissimus dominus cardinalis patruus, volens recognoscere bonam fidem et legalitatem ipsorum nobilium dominorum Francisci et Augustini, agentium nomine ipsorum et nomine eorum fratrum minorum suprasscriptorum, ex facultate et auctoritate eidem reverendissimo domino cardinali concessa per sanctissimum dominum nostrum Sextum papam quartum, prout constat patentibus litteris apostolicis, bulla plumbea ad cordulam canapis more Romane curie inpendenti munitis et per me notarium infrascriptum ex earum autentico sumptis et exemplatis et in fine pre-

sentis instrumenti desscriptis, dictos suos nepotes omnes et filios quondam magnificorum dominorum Ludovici et Iohannis Foschari, fratrum dicti reverendissimi domini cardinalis, casu quo decederet ab intestato, ipse reverendissimus dominus cardinalis ex nunc prout ex tunc et econtra nominat, elligit et constituit suos heredes universales omnium suorum bonorum mobilium et immobilium, que tempore mortis sue reperta fuerint apud ipsum reverendissimum dominum cardinalem et patrum vel que etiam alibi reperirentur esse dicti reverendissimi domini cardinalis, ita quod ipsi nepotes ipso facto possint et valeant succedere in ipsis suis bonis equalibus portionibus per capita, cum ipsis omnes equaliter dilligat et non sicut nepotes, sed sicut carissimos filios amplectetur et habeat.

Demum convenerunt adinvicem dicte partes et me notarium infrasscriptum rogaverunt ut ex premissis et ex hoc contractu^{f)} unum aut plura conficerem instrumenta unius eiusdemque tenoris.

Tenor literarum apostolicarum de quibus supra fit mentio sequitur ut infra, videlicet:

segue la licentia testandi del cardinale Pietro Foscari; cfr. n° 203.

SN Ego Franciscus quondam ser Dominici de Conchellis^{g)}, civis et habitator Padue in contrata aggeris Crucifferorum, centenario Sancti Iacobi et quarterio pontis Molendinorum, publicus imperiali auctoritate notarius, premissis interffui et rogatus ea bona fide scripsi; et non complevi suprascriptam lineam decimam septimam ascendendo, que in ultimo verbo ipsius linee incipit “intendunt”, quia per errorem omisi illam complere, tamen nihil defficit scribendum in ipsa linea vacua, et similliter punctavi in fine ipsius linee scripte hec verba, videlicet “non intendunt”, quia per errorem dupPLICaveram ipsa duo verba, prout patet ex inspectione ipsorum verborum; et in fidem premissorum signo meo consueto roboravi et subscriptione mea.

f) con trattino abbreviativo sopra la desinenza A

g) (Con)chellis con trattino

abbreviativo sopra ch A

215

Fideiussione fatta da Angelo di Lorenzo Barbarigo sull'intero patrimonio proprio e dei quattro figli maschi, ancora in potestà paterna, a garanzia di quanto Andrea Lando deve a Francesco di Filippo Foscari

Candia, 1482 gennaio 21

Strumento notarile (perg.): ScRos b. 55 mazzo 11 proc. 109 f. 76 (A). La presenza di *c* cedigliata e di *z* viene fedelmente rispettata, dato l'uso singolare di queste lettere praticata dal notaio; cfr. n° 213.

In nomine Dei eterni, amen. Anno ab incarnatione domini nostri Yesu Christi millesimo quadringentesimo octuagesimo primo, mensis ianuarii die xxi, indicione xv, Candide insule Crete. Cum ego infrascriptus Angelus Barbadico sim debitor spectabili viro domino Francisco Foscari quondam magnifici domini Philipi procuratoris de certa quantitate denariorum et ab oc ad abundanciorem cautelam prefacti domini Francisci tu, infrascripte domine Andreas, recquisiveris presentem^{a)} instrumentum obligacionis, qua propter manifestum facio ego Angelus Barbadico quondam domini Laurençii habitator Candide cum meis heredibus tibi nobili viro domino Andree Lando quondam domini Iohannis tanquam procuratori prefacti domini Francisci, ad hec presenti et contento, et tuis heredibus et successoribus quia vigore presentis publici instrumenti ego dictus Angelus ad abundanciorem et validiorem cautelam prefacti domini Francisci pro omne^{b)} et toto eo quod cumventatum apparebit me esse debitorem prefacti domini Francisci obligo me dictum Angelum ac omnia bona mea mobilia et immobilia presentia et futura, et specialiter obligo dicto domino Francisco ac heredibus suis nobiles viros Franciscum, Iohannem, Marcum et Laurenzium Barbadico fratres et filios meos tanquam filios indivisos a me, ymo subiectos michi suprascripto Angelo patri suo, et propterea iuxta legem ipsi sunt obligati ad solvendum dictum debitum, ita quod pro dicto debito dictus dominus Franciscus tenere

a) così A b) così A

se posit tam ad dictos filios meos et ad quemlibet eorum et ad bona sua et cuiuslibet eorum quam ad me et ad bona mea simul et in solidum, prout volueris, in toto et in parte, obligantes nos vobis realiter et personaliter. Signum suprascripti domini Angeli, qui hec rogavit fieri.

+ Ego Theodorinus de Zipro testis subscripsi.

+ Ego Georgicus Salivara testis subscripsi.

SN Ego Cyrillus Gradonico notarius Venetiarum complevi et corroboravi.

216

Cambiale di Hans Hohenmüt cittadino di Bressanone/Brixen a favore di Michele Foscari riguardante il pagamento di vino malvasia

1482 febbraio 12

Originale (cart.): PrSM, Misti b. 42 fasc. 17 senza n° (**A**). Il piccolo sigillo sotto carta attaccato porta un marchio mercantesco in forma di croce stilizzata. A tergo la nota apposta da Michele Foscari: *Scrito de Zuan Ostimot da Personon de ducati 68 denari 14: ala Sensa prossima ducati 20, lo resto ale malvasie nove del 1492.*

Ich Hans Hochenmüt, purgerr zu Brichsen, bekenn mit dissem prieff und mit meiner aigen hand geschrifft, das ich recht und rechtlich schuldig ist und gelten sol dem fursichtigen und weissen Michel Fuschary, purger zu Venedig, nemlich achtundsechzig gulden dugaten und fierzehn grosch vom malmasier, den ich von im gekaufft hab. Dieselbige sum, 68 dugaten 14 grosch, sol^{a)} und wil ich im betzallen auf nachstkunftigenn weichanächt, oder wann der new malviasier kompt, on allen sein schaden. Zu urkund gib ich im dissen prieff und zu endt der geschrifft mein aigen pertschafft. Der geben am erichtag vor Heren fastnacht im zwayundachtzigisten jar.

a) s corretta da v A

Investitura feudale, effettuata dal cardinale Pietro Foscari come vescovo di Padova, al procuratore di Francesco e Domenico fu Alvise Foscari, Agostino e Marco fu Giovanni Foscari, suoi nipoti, delle decime in Villa di Villa (Villa Estense) e in Solesino, che nel passato erano godute da Borsio e da Ercole marchesi d'Este

Padova, 1482 giugno 1

Registrazione cancelleresca (perg.): Padova, Archivio storico diocesano, Fondo Curia vescovile, Feudorum 20 f. 57'-58 (D). Al testo è preposta la rubrica: *Feuda et livelli spectabilium dominorum Francisci et Dominici fratrum quondam domini Ludovici ac Augustini et Marcii fratrum quondam domini Ioannis Foscari. Taxa ducati decem.* Il notaio del volume è *Blancus Cerutus*.

Copia di circa 1514 (cart.): AGrad b. 119 fasc. 10 senza fogliazione. Questo documento e il n° 222 occupano sei pagine di un fascicolo di tre fogli doppi, sulla cui ultima facciata è scritto, assieme alle due date, il soggetto: *Investitura in personam nobilium de cha' Foscari*. Il copista di tutte e due si nomina alla fine di ciascun testo: *presbyter Iacobus Rota Venetus, publicus et imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius atque curie episcopalis Paduæ cancellarius et notarius*, che dichiara inoltre di aver preso le copie *ex autentico suo chat(astr)o manu quondam domini Blanchi Accerucii cancellarii suprascripti reverendissimi domini cardinalis et episcopi Paduani*, quindi da D. All'inizio del primo testo è posto: *Exemplum*. Ogni pagina è contrassegnata, nel margine superiore, con *IESUS CHRISTUS*, scritto nella forma dei nomina sacra in lettere greche (*IC XC*). Due note marginali sottolineano particolari del contenuto.

Copia del 1514 (cart.): ivi. Il fascicolo composto da cinque fogli doppi contiene, da f. (2) a f. (7'), la trascrizione di questo documento e del n° 222 e inoltre di due atti del 1512 e del 1514, tutti copiati dal notaio Giacomo Rota. L'originale prima pagina (oggi la penultima) reca il soggetto, oltre alle quattro date: *Investitura feudorum episcopatus Paduani*. Sul verso di essa, che per qualche tempo fungeva evidentemente da ultima facciata, è presente, fra altre annotazioni, la segnatura rossa dell'archivio di famiglia: *11 Este m.º 2 et in lib.º A c. 9*. Prima del testo è scritto *Exemplum* e *1482*. Anche qui ciascuna pagina comincia con *IESUS CHRISTUS*.

Cinque copie del sec. XVI inoltrato o del sec. XVII (cart.): ivi.

Copia del sec. XVI (cart.): AGrad b. 264 fasc. contrassegnato *1 Este m.º 1*, a f. 9'-11; risalente a D.

Copia del 1583 (cart.): BCorr, MSS. PD c. 1337/6 f. 5-7'; risalente a D.

Cfr. GULLINO, *Marco Foscari* p. 15.

(Dn Christi nomine, amen. Anno ab eiusdem nativitate Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo, inductione quintadecima, die sabbati primo mensis iunii, actum Paduę in palatio Arenę in auditorio anteriori, pr̄esentibus venerabilibus viris domino presbitero Marco de Franciscis de Venetiis et domino presbitero Bortholameo de Casa custode ecclesie Paduanę testibus ad hęc vocatis sp̄etialiter et rogatis. Vacantibus et ad ius et liberam dispositionem reverendissimi domini episcopi Paduani spectantibus ac ad mensam episcopalem legittime devolutis feudis et livellis, quę et quos quondam illustris dominus Borsius marchio Estensis ab episcopali mensa Paduana tenebat et recognoscebat seu quę et quos illustris dominus Hercules Estensis^{a)} post illius mortem possedit, per sententiam privatoriam infrascripti reverendissimi domini cardinalis et episcopi Paduani – tam generaliter contra omnes et singulos vasallos seu feudatarios et livellarios negligentes, inobedientes, ingratis et contumaces, qui aut investituras debitum ac statutis a iure temporibus non petierunt, debitam fidelitatem pollicendo, aut feuda ipsa vel livello suos, irrequisito domino, contra formam iuris alienaverunt seu aliquod aliud commiserunt, propter quod secundum formam iuris vel erant^{b)} privati vel veniebant^{c)} privandi, quam sp̄etialiter contra predictum dominum Herculem Estensem^{d)} propter huiusmodi causas, videlicet ex eo quod ipse post mortem prefacti domini Borsii investituras dictorum feudorum et livellorum a bonę memorię quondam domino Iacobo Zeno, olim et tunc episcopo Paduano nuper defuncto, nunquam petiit nec obtinuit nec ei consuetam et debitam fidelitatem unquam pollicitus est, prout de iure tenebatur, sed ea facere contumaciter et inobedienter continue destitit et insuper post mortem dicti domini Iacobi Zeno episcopi Paduani investituras huiusmodi ab ipso reverendissimo domino cardinali, moderno episcopo Paduano, nunquam nec per se nec per alium nec infra tempora legitima nec post petiit aut obtinuit nec fidelitatem debitam obtulit, sed ea semper tam contra iuris formam quam contra edicta publica ipsius reverendissimi domini episcopi facere cessavit, ex quibus

a) *in interlinea D* b) *corretto su sint D* c) *corretto da venant D* d)
corretto da extensem D

vel ipso iure vel per sententiam merito fuit privatus – nec non ex aliis iustis et legitimis causis dicti reverendissimi domini animum moventibus latam et promulgatam, prout constat in actis mei notariorum et cancellarii infrascripti de anno presenti, die vigesima nona mensis maii, idem reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Petrus Foscarus, miseratione divina tituli Sancti Nicolay inter Imagines sancte Romane ecclesie presbiter cardinalis Venetus, episcopus Paduanus comesque Saccensis, volens sibi ac episcopatu Paduano alios bonos, gratos, devotos ac fideles vasallos acquirere nec non spectabilibus et generosis patritiis Venetis, nepotibus suis, dominis^{e)} Francisco et Dominico, fratribus et filiis quondam magnifici domini Ludovici Foscari, et dominis^{f)} Augustino et Marco fratribus, filiis quondam magnifici domini Ioannis Foscari, propter ipsorum grata servitia et merita, que ab ipsis idem reverendissimus dominus habuit et in futurum ipse tam pro se quam pro episcopatu Paduano habere sperat, gratiam in hac parte facere spetialem, reverendum decretorum doctorem dominum Dominicum Can de Venetiis, magistrum domus sue ibi presentem, tanquam procuratorem et procuratorio nomine dictorum nobilium dominorum Francisci, Dominici, Augustini et Marci Foscarorum humiliter petentem, recipientem et acceptantem et propterea coram eo flexis genibus debite constitutum, visis prius et diligenter examinatis iuribus et instrumentis priorum et antiquarum investiturarum de dictis feudis alias factarum et presertim ultime per suascriptum dominum^{g)} Iacobum Zeno in personam domini Rafa- elis de Montalis dicti domini Borsii procuratoris facte anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo^{h)}, inductione octava, die iovis vigesima nona mensis maii, ut constat in catastro feudorum auctentico prelibati domini Iacobi Zeno episcopi a me notario et cancellario infrascriptoⁱ⁾ viso et lecto, de dictis et infrascriptis feudis et livellis, que et qui ipsius domini Borsii quondam, ut premitur, ac maiorum suorum fuerunt, pro illis silicet partibus que ad ipsum dominum Borsium pertinuerunt, et que feuda et livelli seu

e) domino D f) domino D g) corretto da dominus D h) segue depen-
nato ut constat in D i) infrascripto ... lecto] viso et lecto infrascripto D, ma
spostato mediante l'inserzione delle lettere a e b

partes feudorum et livellorum prefatus dominus Hercules postmodum possedit, videlicet de feudo et iure feudi seu de parte feudi totius decimę Villę de Villa et totius decimę et facultatis decimatio-
nis ville de Solesino et eius plebatus Paduanę diocesis ac iure per-
cipiendi, colligendi et habendi omnes et quoscumque fructus et
redditus decimales earundem ac de decimis terrarum et possessio-
num ipsorum dominorum marchionum, quas tenebant et posside-
bant in diocesi Paduana, et generaliter de omnibus aliis illorum
feudis et iuribus feudalibus ac livellis quibuscumque quę predicti
domini marchiones vel eorum aliquis antiquitus ab episcopatu Pa-
duano quoquo modo, nomine, iure et forma habuerunt, tenuerunt
et possederunt vel quasi seu recognoverunt, pro partibus silicet ad
dictum dominum Borsium spectantibus et postmodum a dicto do-
mino Hercule possessis, tanquam de feudis et livellis seu partibus
feudorum et livellorum ad episcopatum Paduanum devolutis et ad
ius et liberam dispositionem prefati reverendissimi domini cardi-
nalitis et episcopi Paduani spectantibus et de iure pertinentibus,
omni^{j)} meliori modo, via, iure, forma et causa, quibus melius et
efficacius ac validius de iure potuit et debuit, per annulum aureum,
quem in suis tenebat manibus, liberaliter et gratiose investivit. Un-
de intuitu investiturę huiusmodi predictus dominus Dominicus
procurator et procuratoriis nominibus quibus supra iuravit ad sancta
Dei evangelia, Scripturis corporaliter manu tactis, fidelitatem
veram et debitam ipsi reverendissimo domino episcopo et episco-
patui Paduano ac successoribus suis canonice intrantibus se sive
principales suos perpetuo fideliter servaturos cum omnibus et sin-
gulis clausulis et capitulis in sacramento fidelitatis et vassallagii
contentis et in iure expressis tam novę quam veteris constitutionis.

j) omni ... debuit aggiunto nel margine con segno di richiamo D

Contratto di Michele Foscari con Paul Kolb affinché questi fornisca certa quantità di rame da Brunico/Bruneck, con le modalità del pagamento, 1000 ducati in contanti e la cessione di vari crediti vantati dal Foscari alle scadenze indicate

1482 giugno 4

Originale (cart.): PrSM, Misti b. 41 fasc. 9 senza n° (A). Sono rimaste bianche le due facciate interne del foglio doppio, mentre nell'ultima, che presenta anche le tracce della conservazione temporanea in forma piegata, ridotto il foglio a circa un ottavo della grandezza della pagina, lo stesso Michele Foscari appose due note, cancellandone la prima: *Chonuenzion ho comprâ da Marchio Tochauer de rami, e: Convention de rami ho comprado da Pollo Chob* (così).

I singoli importi elencati alla fine dello scritto, dopo la correzione di tre di essi, ammontano in verità alla somma di 3085 ducati e 12 denari di grossi.

+ Iesus. M^oIII^cLXXXII, a dì III^o zugnio in Vinexia

Al nome de Dio e de la verzene Maria, in bona ventura e guadagnio. El nobel homo miser Michiel Foschari fo de miser Felipo el procurator chonpra da miser Polo Cholb rami da Burnich di boni miera zento netti de tara, de libre 60 per mier, per duchati zinquantà el mier e donali sopra marchado miera do netti de tara de rame, de libre 60 per mier. El pagamento de ditti rami se die far in questa forma: che'l ditto miser Michiel dà al ditto miser Polo Cholb debitori per l'amontar de ducati^{a)} triamilia^{b)} e setanta e grosi dodexe, chomo^{c)} qui ssoto anotadi apar per hordine, e de prexentte li dà ducati mile de chontadi, el resto fin ala suma di tutto el pagamento de miera C° li dà tante peze de arzentt(i) boladi de la bola de san Marcho a ducati zinque e grosi dixedoto la marcha. E chusì chadaum di loro promette de atender ett hoservar quanto è soprascritto soto pena de ducati mile a quella partte che chontrafarà. E per fermeza de ditto schritto chadaum di loro si sotoschriverrà de suo man propria.

a) ditt. A, qui e in seguito
tivo sopra la desinenza in A

b) tri corretto da tre A

c) con trattino abbrevia-

Ala Sensa				
Rigo Marziperger	duc.	47	d.	4
Lunardo Isfulger	duc.	253	d.	18
Zuan Zodeler	duc.	60	d.	-
Franczeschin da Giemona	duc.	50	d.	-
a san Iacomo e a san Lucha				
Polo Cholb	duc.	235 ^{d)}	d.	1
Lunardo Zifoler a san Iacomo	duc.	42	d.	4
ale galie prossime				
Zuan Belfortte	duc.	515	d.	10
a san Lucha				
Borttolameo Boromei e chonpagni	duc.	260	d.	-
Zuan Zodeler	duc.	400	d.	-
Marchio ^{e)} Tochaver	duc.	313 ^{f)}	d.	-
ale nave				
Zuan da Cholare e fradeli	duc.	522	d.	2
Marchio Tochaver	duc.	<u>386^{g)}</u>	d.	<u>21</u>
suma	duc.	3075 ^{h)}	d.	12

Ioⁱ⁾ Pollo Cholb son contento de quanto è soprascritto.

d) corretto da 225 A e) corretto da Marzio A f) corretto da 310 A g)
 corretto da 384 A h) corretto da 3070 A i) la conferma è aggiunta da altra
 mano in A

*Contratto di Michele Foscari con Piero di Martino da Bergamo e
 compagni per far raffinare una certa quantità di rami*

1482 giugno 8

Originale (cart.): PrSM, Misti b. 42 fasc. 14 senza n° (A). Il foglio doppio, del quale sono rimaste bianche le pagine interne, fu all'inizio conservato in forma piegata. Sulla parte rimasta visibile Michele Foscari annotò: *Scrito de Piero de Martin, afinador de rami, de rami el me die afinar et de ducati 20 io li ho dati.*

+ Jesus. M^o IIII^c LXXXII, a dì 8 zugno in Venexia

Promett(e) Piero de Martin da Bergamo et Antonio Bissoia chonpagni a miser Michiel Foschari fo de miser Felipo el procurator de afinarli rami miera zinquantuno ala fineza dela bola di provedadore de Chomun per priexio de ducati tre el mier, dagandoli rami da Bor nich, chon tara de lire quaranta per mier. El pagamento veramente die 'ser fato veramente in questa forma: che'l dito miser Michiel li dà anfore tre e meza de malvassia per ducati^{a)} vinti l'anfora, el resto dieli dar tanti chontadi. Promett(e) dito Piero de Martin e chonpagni de dar ditti rami chonpidi de afinar per tuto el mexe prexente. E promett(e) de dar al dito miser Michiel per piezo de diti rami miser Alvixe Malipiero de miser Iacomo e deli danari de l'afinadura.

Io Alvixe Malipiero de miser Iacomo son chontento ett cusì me chonstituiso piezo de el dito Piero de Martin de' viermi soprascritti che el dito miser Michiel Foschari li^{b)} darà a lavorar ett dei dana ri el dito li darà.

A dì dito recevé mi Piero de Martiⁿ da Bergamo da miser^{c)} Michel Foschari per parte de afinadure d'i soraditi rami.

Io^{d)} Piero de Martin da Bergamo son contento di quanto è sopra scrito.

duchati vinti, zoè duchati 20.

a) ditt. A b) corretto da di A c) segue depennato aluui A d) in A le due sottoscrizioni sono aggiunte da mani individuali, la prima di esse scrisse anche la ricevuta dell'ultima riga

Dichiarazione di debito di Ambrogio da Prato per aver ricevuto da Francesco Foscari un prestito di 25 ducati per l'acquisto di grano

1482 agosto 7

Originale (cart.): ScRos b. 56 mazzo 11 proc. 116 f. 39 (A). Sul verso si trova, annotato da Francesco Foscari (cioè dalla stessa mano come nel n° 199): *Schrifto* (con correzione alla fine) *de Anbruoxo de Prato e Nicchollò todescho de ducati 25 in prestadi.*

+ 1482, a dì 7 agosto in Venesia +

Rezevì io Ambroso de Prato per nome mio e de Nicholò Elteling todescho hobligadi in solidum dal magnifico miser Francescho Foschari ducati 25 per impreste, deli quali denari ne ho comprato formento.

Io Ambroso de Prato ò scritto de mia mane propria a dì sopra-scrito.

221

*Ricevuta di Giacomo di Urbano Foscari riguardante panni
affidatigli dallo zio Michele Foscari*

1483 febbraio 17

Originale (cart.): PrSM, Mistii b. 42 fasc. 20 senza n° (A). L'annotazione sul verso è della mano di Michele Foscari: *Scrito de Iacomo Foschari de pani 6 quarantini 40 li bo dato per el viazo de Costantinopoli.*

Iesus Christus. MCCCCLXXXII, a dì 17 fever, in Venesia
Rezevì io Iacomo Foschari fo de miser Urbam da miser Michiel Foschari mio barba pani sie quarantini da Venesia, quali debo seguir de queli chomo per el suo arechordo me à datto.

Io Iacomo sorascrito ho scrito de mia^{a)} man propria per sua chia-reza.

a) con trattino abbreviativo A

222

Investitura feudale, effettuata dal vicario del cardinale Pietro Foscari come vescovo di Padova, al procuratore di Francesco e Domenico fu Alvise Foscari, Agostino e Marco fu Giovanni Foscari, suoi nipoti, delle decime in Villa di Villa (Villa Estense) e in Solesino, che nel passato erano godute dal defunto Bertoldo dei marchesi d'Este, ultimo del suo ramo

Padova, 1483 giugno 12

Registrazione cancelleresca (perg.): Padova, Archivio storico diocesano, Fondo Curia vescovile, Feudorum 20 f. 99-99' (D). Al testo è preposta la rubrica: *Feudum magnificorum patriciorum Venetorum dominorum Francisci et Dominici quondam magnifici domini Ludovici Foscari et Augustini ac Marci quondam magnifici domini Ioannis Foscari. Taxa duc.****

Copia contemporanea (cart.): AGrad b. 119 fasc. 10 senza fogliazione. Il testo è trascritto su due fogli doppi messi dentro un terzo la cui ultima pagina, fra parrecchie altre note, reca la segnatura rossa dell'antico archivio di famiglia: *12 Este m.º 2 et in lib.º A c. 11.* All'inizio è indicata la fonte: *Exemplum assumptum ex catastro membrano feudorum episcopatus sub reverendissimo domino cardinali Foscharo a c. 99,* cioè da D, mentre un'altra mano ha aggiunta la data. Alla fine un'altra mano aggiunse l'autenticazione: *Ego Melchior Lupatus cancellarius cum originali suo auscultavi, et quia concordare inveni, ideo me subscripti.*

Copia di circa 1514 (cart.): ivi. Per le particolarità di questa trascrizione si vedano le indicazioni esposte sopra al n° 217. All'inizio è posta la data, e alcune note marginali con la ripetizione di singole parole accompagnano il testo.

Copia del 1514 (cart.): ivi. Vedi la descrizione del fascicolo relativo data sopra al n° 218. Anche all'inizio di questo documento è scritto l'anno.

Due copie del sec. XVI inoltrato (cart.): ivi.

Copia del sec. XVI (cart.): AGrad b. 264 fasc. contrassegnato 1 Este m.º 1, a f. 11'-13; risalente a D.

Copia del 1583 (cart.): BCORR, MSS. PD c. 1337/6 f. 9-11'; risalente a D.

In Christi nomine, amen. Anno^{a)} ab eiusdem nativitate Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo tertio, inductione prima, die iovis XII mensis iunii, actum Paduę in palatio episcopali in

a) manca D

camera mei cancellarii infrascripti, presentibus venerabili presbitero Lazaro de Bellinis de Turri Burorum et Andrea Hispano familia-ribus infrasscripti reverendissimi domini cardinalis Foscari, testibus ad hec habitis et rogatis. Vacantibus alias et ad manus, ius et liberam dispositionem reverendissimi domini episcopi Paduani devolutis^{b)} feudis et iuribus feudalibus decime in villa de Villa et^{c)} decime in villa de Sollexino et^{d)} eius plebatu Paduane diocesis ac facultate percipiendi, colligendi et habendi fructus et redditus decimales earundem ac decimis et livellis omnium terrarum et possessionum quas in diocesi Paduana olim tenebat et recognoscebat ab episcopatu Paduano magnificus quondam dominus Bertholdus marchio Estensis per mortem eiusdem^{e)} domini Bertoldi absque liberis masculis, linea ut dicitur finita, defuncti, bone memorie quondam reveren(dissimus) dominus Iacobus Zenus tunc episcopus Paduanus de huiusmodi feudis et livellis, ut premittitur, devolutis magnificum dominum Andream Zeno eius fratrem nomine suo ac nomine magnifici domini Marini alterius fratris sui legiptime investivit. Postmodumque mortuo dicto domino Andrea Zeno, relictis dominis Petro Zeno et Carulo eius filiis, prelibatus dominus Iacobus tunc episcopus Paduanus prefatos dominos Petrum et Carolum de predictis feudis et livellis etiam investivit, pro ea silicet parte que ad dictum dominum Andream dum viveret pertinebat, prout de huiusmodi investitura constat in libris episcopalibus cancellarię Paduanę in actis Melchioris Lupati anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, die iovis xxº februarii, a me notario et cancellario infrasscripto visis et lectis. Cum vero postea dictus dominus Carolus sine filiis masculis decessisset, tota illa pars feudorum et livellorum que olim fuerat dicti quondam domini Andree apud ipsum dominum Petrum de iure remansit. Nuper vero dicto domino Petro Zeno sine filiis legitimis defuncto dictisque et omnibus aliis eius feudis et livellis^{f)} ad episcopalem mensam Paduanam propter eius lineam finitam legitime devolutis et ad ius et liberam dispositionem reverendissimi domini moderni epis- copi de iure spectantibus, reverendus decretorum doctor dominus

b) manca in D, è presente invece nella copia del 1514
eius corretto da tocius D

c) segue de D d) et
f) corretto da eiudem D

Dominicus Can de Venetiis, reverendissimi in Christo patris et domini domini Petri cardinalis Foscari episcopi Paduani committisque Saccensis dignissimi in temporalibus locumtenens et in spiritualibus vicarius generalis et ad investiendum de feudis etiam devolutis commissarius spetiale^{g)} mandatum habens, ut constat in actis mei notarii et cancellarii infrascripti, volens dicto reverendissimo domino cardinali et episcopo Paduano^{h)} ac eius episcopatu alias bonos, fideles et utiles vassalos acquirereⁱ⁾ ac spectabilibus et generosis patriciis Venetis dominis Francisco et Dominico Foscari, fratribus et filiis quondam magnifici domini Ludovici eiusdem reverendissimi domini cardinalis et episcopi fratris, nec non dominis Augustino et Marco Foscari, fratribus et filiis quondam magnifici domini Ioannis, etiam dicti cardinalis et episcopi fratris, propter eorum grata obsequia, que ipsi domino episcopo et episcopatu Paduano hactenus impenderunt et solicitis studiis impendere assidue non desistunt ac in futurum impendere possunt, prout impensuros eos fore speratur, gratiam in hac parte facere spetiale, visis primo et diligenter examinatis instrumentis priorum investiturarum alias de huiusmodi feudis et livellis factarum, ac de conditione dictorum feudorum et livellorum plene informatus, venerabilem presbiterum Dominicum quondam Iacobi de Rivo de Arthenea Foriuliensem, tanquam procuratorem et procuratorio nomine dictorum spectabilium dominorum Francisci, Dominici, Augustini et Marci Foscari petentem et acceptantem, pro quibus de rato promisit sub obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum, coram dicto reverendo domino Dominico vicario et commissario flexis genibus debite constitutum ac presentem investitaram dictis procuratoriis nominibus humiliter petentem, requirerentem, recipientem et acceptantem, de predictis et infrascriptis feudis ac livellis et iuribus feudalibus decimę in villa de Villa ac decimę in villa de Solexino et eius plebatu Paduanę diocesis ac de decimis terrarum et possessionum dicti quondam domini Bertholdi pro parte et partibus spectante et spectantibus olim ad eundem dominum quondam Petrum Zenum, et prout tenebat et possidebat

g) corretto da spetiale D h) segue depennato al D i) corretto da acquirere D

et tenere ac possidere et exigere de iure poterat et solitus usus et visus erat vigore feudorum et livellorum ipsi et quondam patri suo ab episcopatu Paduano concessorum, et generaliter de omnibus feudis et iuribus feudalibus ac livellis cuiuscunque que quomodo cunque idem dominus Petrus Zeno habuit, tenuit et recognovit ac possedit et habebat, possidebat vel quasi, tenebat seu recognoscebat ab episcopatu Paduano, tanquam de feudis ac livellis ad episcopatum et mensam episcopalem Paduanam de iure pertinentibus et per mortem et lineam finitam ipsius domini Petri Zeno, qui sine filiis et descendantibus legitimis decessit, libere et legitime devo-luptis et sive premisso sive alio quovis modo, iure, occasione seu quacunque causa vel ex quacunque persona vacantibus, omni meliori modo, iure, via, forma et causa, quibus melius de iure potuit et debuit, auctoritate et vice ac nomine prefati reverendissimi domini cardinalis episcopi Paduani per anulum aureum, quem in suis tenebat manibus, liberaliter et gratiose investivit, salvo semper omni et quolibet iure prefati reverendissimi domini episcopi et episcopatus Paduani ac omnium aliarum personarum, ita quod per presentem investituram nemini in suis iuribus preiudicium generetur. Unde intuitu presentis investiture dictus presbiter Dominicus dictis nominibus et in^{j)} animas suorum principalium iuravit ad sancta Dei evangelia, Scripturis corporaliter manu tactis, fidelitatem veram et debitam ipsi domino episcopo et episcopatu Paduano suisque successoribus^{k)} canonice intrantibus se sive principales suos perpetuo fideliter servaturos cum omnibus et singulis clausulis et capitulis in sacramento fidelitatis et vassallagii contentis et in iure expressis tan nove quam veteris constitutionis.

j) *in interlinea D* k) *corretto da sucessoribus D*

223

Acquisto al pubblico incanto della gastaldia di Croce nel Trevigiano da parte Francesco di Alvise Foscari, agente anche a nome del fratello Domenico e della commissaria dello zio Giovanni di Marco

1483 agosto 13-25

Copia del 31 marzo 1546 (cart.): AStVen, Ufficiali alle rason vecchie b. 336 fasc. 5 f. 1-6' (E). Il testo, messo nella forma autentica solo nel 1491, fu trascritto in un quaterno, preso evidentemente da un registro dei Provveditori sopra camere. Alla copia precede *Exemplum*, al testo segue la sottoscrizione, autografa come pare, di Sebastiano Vecchi, *scriba officii rationum veterum*. L'ultima facciata del fascicolo reca una nota del sec. XVI: *Copia de la comprada de la castaldia di + per nui Foscari*. Qui non vengono evidenziate le correzioni fatte dallo stesso copista, mentre si inseriscono a capo per agevolare la comprensione del documento, molto articolato e stilato con complicate costruzioni grammaticali.

Traduzione italiana in copia di ca. 1578 (cart.): AStVen, Ospedali e luoghi pii diversi b. 122 fasc. 2 f. 18-30 (a f. 19-20' il testo dell'inserito bando del pubblico incanto); in copia del sec. XVII (cart.): AGrad b. 175 fasc. 1 f. 23-30 (a f. 23'-24 il bando, anche a f. 14'-15).

Cfr. POZZAN, *Zosagna* p. 16.

IESUS CHRISTUS

In Christi nomine, amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo octogesimo tertio, indictione prima, die mercurii tertiodecimo mensis augusti, in Rivoalto sub porticu seu lodia, presentibus egregiis viris ser Donato Cigoto quondam ser Domini ci de confinio Sancti Bernabe, ser Hieronymo Nigro quondam ser Alexandri de confinio Sancte Marie Iubanico, ser Ioanne a clavibus sive agutis de contrata Sancti Fantini, ser Iacobo dicto Bagatin publico precone civitatis Venetiarum, qui una cum ser Petro Rubeo altero precone de confinio Sancti Severi incantaverunt infrascriptionem gastaldiam Crucis, omnibus testibus ad hec vocatis, habitis et rogatis et aliis. Ibique magnifici et generosi viri domini Victor Superantius eques procurator Sancti Marci, Marcus Lauredanus et Dominicus Maurocenus, sapientes deputati ad recuperandas pecunias, auctoritate eis et eorum officio attributa per excellentissimum consilium rogatorum, ut constat parte capta in predicto con-

silio anno 1483, die 26 mensis maii, a me notario infrascripto visa et lecta, per quam auctoritatem et potestatem habuerunt infra-scripta et alia faciendo, poni fecerunt ad publicum incantum infra-scriptam gastaldiam Crucis sub infrascripta vulgarium verborum forma, videlicet:

Vendese al publico incanto per el magnifico miser Vector Soranzo cavalier, procurator de San Marco, e compagni, savii deputadi a recuperar danari, per la auctorità a loro attribuida, la gastaldia de Crose messa nel destreto de Treviso, per la qual pagase de fito lire 3000 pizoli a l'anno cum le condition che per lo affito dato a miser Hieronymo da Mula appar, ma perché l'è stà usurpà, come se dice, per li tempi passati molte possession de rason de dicta gastaldia, però se dechiara che colui che la comprerà habia tute le rason dela nostra illustrissima signoria et ch'el possi dimandar et recuperar tuto quello che fusse stà usurpà, et tuto quello che se recupererà se intenda esser de colui che comprerà. El qual comprador, facto che lui habia el suo pagamento, habia a scoder dai predicti zentilhomini da cha' da Mula lire 3000 a l'anno per el tempo dela sua affitason. Et sia tegnudo el comprador de far el pagamento di 15 dapoi serà delivrada soto pena de x per cento et de esser reven-duta a so spese a beneficio dela nostra illustrissima signoria. Et item sia tegnudo el comprador de pagar le spese delo incanto e charte et per i comandadori danari 4 e per i fanti danari 2.

Et hic est finis suprascripti incantus. Cui quidem incantui et subhastationi sepius facte et in diversis diebus et horis in Rivoalto in loco suo consueto, ut supra dictum est, magna populi multitudine astante, interfuerunt quamplurime persone diversa precia of-ferten. Tandem publico incantu deliberata fuit nobili viro domi-no Francisco Foscari quandam magnifici domini Aloysii olim ma-gnifici domini Marci procuratoris Sancti Marci presenti et ipsam castaldiam et iura acceptanti nominibus infrascriptis tanquam per-sone plus offerenti.

Quapropter antedicti magnifici et generosi viri domini Victor Superantius eques procurator Sancti Marci, Marcus Lauredanus et Dominicus Maurocenus, sapientes deputati ut supra, nomine illu-

strissimi ducalis dominii Venetiarum in Dei nomine ad proprium, iure proprio et in perpetuum dederunt, tradiderunt, vendiderunt et alienaverunt nobili viro domino Francisco Foscari quondam magnifici domini Aloysii olim magnifici domini Marci procuratoris Sancti Marci presenti et suo proprio nomine ac vice et nomine domini Dominici Foscari fratis sui dicta iura pro medietate pro indiviso acceptanti, pro alia vero medietate stipulanti etiam et acceptanti vice et nomine commissarie quondam magnifici domini Ioannis Foscari olim predicti quondam magnifici domini Marci procuratoris et pro eorum et cuiuslibet eorum nominibus, heredibus et successoribus, pro quibus quidem domino Dominico fratre et commissaria quondam magnifici domini Ioannis Foscari ipse dominus Franciscus solenniter de rato promisit et ratihabitione, prefatam castaldiam Crucis positam in districtu Tarvisino,

que quidem comprehendit infrascripta bona: et primo villam Crucis in se continentis possessiones et terras arativas, prativas, buschivas et paludosas cum omnibus ipsis suis possessionibus et terris arativas, prativas, buschivas et paludosis infra hos confines, videlicet a mane flumen Plavis partim et partim iura monasterii Sancti Benedicti de Censono et partim iura monasterii de Pero et partim predictum flumen Plavis et partim heredes domini Dominici Bragadeni et partim iura episcopatus Torcelli, a meridie aque salite, a sero partim flumen Meduli et partim dominus Pancratius Capello et eius frater et consanguinei seu consortes et partim iura monasterii Sancti Danielis de Venetiis et partim fossa vetus, a monte partim ipsa fossa vetus, aliter dicta flumen Tagliate, et partim domina Iulia de Collalto, partim nemus Tascarum, partim Barisani cives Tarvisii, partim pascua communis et hominum Fossalte, partim commune et homines Campilongi, appellatum pratum de Isola, partim pascua communis et hominum Fossalte, partim iura monasterii Sancti Benedicti de Censono et partim iura monasterii Sancte Marie de Pero, et si forte essent plures et veriores confines, item nemora Marteie, Novolede, Honorede et Mestice ac Guitie de Angarano infra suos etiam veriores confines,

ad habendum de cetero per dictum dominum Franciscum emp-torem nominibus suprascriptis heredesque et successores suos dic-tam castaldiam Crucis bonaue et iura ut supra vendita tenendum

et possidendum, utifrui^{a)} et gaudendum, dandum, vendendum, donandum, permutandum, pro anima et corpore iudicandum et quicquid sibi nominibus sepedictis heredibusque suis placuerit perpetuo faciendum tanquam de re sua libera et expedita ab omni livello et obligatione absque contradictione dictorum magnificorum dominorum venditorum nomine supradicto et cuiusvis alterius persone mundi, una cum accessibus egressibusque suis, viis, anditis et tramitibus, fluminibus, palatis, aquis et aquarum ductibus, canaliculis, piscationibus, venationibus et aucuperiis atque cum omnibus et singulis fabricis et edificiis cuiuscunque generis que super ipsa castaldia, bonis et iuribus venditis esse reperientur, cum omnibus insuper exemptionibus et immunitatibus quibus habebat, tenebat et possidebat prefatum illustrissimum ducale dominium ac etiam suprascriptus dominus Hieronymus de Mula iure locationis reliqui conductores, qui quandocunque dicta bona et eorum quamlibet partem tenuerunt et possiderunt iure locationis seu alio quovis iure ante presentem venditionem, et generaliter cum omnibus et singulis aliis actionibus, iurisdictionibus et rationibus, habentiis et pertinentiis atque universis adiacentiis tam realiter quam personaliter, utile^{b)} et directe, mixte, pretorie, civiliter et hypothecarie, generaliter et particulariter, que dicta castaldia bonaque et iura vendita habent et habere videntur, in integrum a coelo ad abyssum omnique iure, usu, actione et requisitione ipsis bonis venditis seu dictis magnificis dominis sapientibus nomine prefati illustrissimi dominii quomodolibet spectantibus et pertinentibus,

et hoc quidem pro precio et nomine precii ducatorum quinque millium sexcentorum decem, quos quidem ducatos quinque mille sexcentum^{c)} decem et premium dicti magnifici domini sapientes nomine prefati illustrissimi dominii auctoritate qua supra dixerunt contentique, confessi et manifesti fuerunt habuisse et in numerata pecunia accepisse a prefatis nobilibus de cha' Foscari emptoribus antedictis in hunc modum, videlicet a suprascriptis dominis Francisco et Dominico Foscari: ducatos trecentos per bancum de cha' Pisani die decimo octavo augusti 1483, item die dicto ducatos trecentos per bancum de cha' Lippomanno, item die vigesimo quinto

a) così F b) così F c) così F

predicti ducatos duos mille^{d)} et quinquaginta per dictum banchum de cha' Lippomanno, item die vigesimo octavo predicti ducatos octoginta contatos ad officium camerariorum, item die dicto ducatos octoginta per bancum de Garzonibus; item a commissaria predicti quondam magnifici domini Ioannis Foscari: die decimo octavo augusti predicti ducatos octingentos quinquaginta per bancum de cha' Pisani, item die vigesimo quinto predicti ducatos mille noningentos quinquaginta per bancum de cha' Lippomano, que omnes quantitates summant precise ducatos quinque mille sexcentum^{e)} decem,

exceptioni non numerate pecunie preciique non soluti et recepti omnique spei future numerationis et receptionis eiusdem omnique alii exceptioni dicti magnifici domini sapientes quibus supra nominibus omnino renuntiantes facientesque prefatis nobilibus de cha' Foscari emporibus finem, quietationem, absolutionem et securitatem plenariam cum pacto de ulterius aliquid in perpetuum non petendo *occasione* precii suprascripti in parte aut in toto, cedentes insuper prefati magnifici domini venditores et renuntiantes predictis emporibus omnia et singula iura omnesque actiones et rationes suprascriptas ac alias et alia quecunque, que et quas prefatum illustrissimum dominium habet et habere posset quomo- dolibet in prefata castaldia et bonis venditis,

constituentesque ipsos emptores procuratores irrevocabiles et tanquam in rem propriam eosque ponentes in eisdem iure, statu et esse in quibus erat illustrissimum ducale dominium Venetiarum ante presentem venditionem atque predictus dominus Hieronymus de Mula iure locationis ut supra omnesque conductores et afflictuales, qui per tempora iure locationis vel aliter dictam castaldiam tenuerunt et possederunt, ita ut amodo inantea ipsi domini emptores iuribus et rationibus ipsis universis uti valeant, agere, petere, causari, consequi et se tueri et coetera omnia facere et libere exercere in iudicio et extra que prefatum illustrissimum ducale dominium facere poterat et potuisset ante presentem venditionem et alienationem,

transferentes insuper in ipsos emptores ut supra ius et domi-

d) così *F* e) così *E*

nium universum possessionis predicte castaldie, quam quidem castaldiam, bona et iura vendita dicti magnifici domini sapientes, venditores quo supra nomine, constituant se de cetero precario nomine dictorum nobilium de cha' Foscari emptorum tenere et possidere vel quasi, donec ipsi emptores de ea tenutam et corporalem possessionem acceperint, quam accipiendi et retinendi ipsi magnifici domini sapientes nomine sepedito emptoribus ipsis auctoritatem omnimodam contulerunt,

affirmantes ipsi magnifici domini sapientes castaldiam ipsam et iura suprascripta hodie tempore presentis venditionis fuisse prefati illustrissimi dominii eaque nulli alii persone dedisse, donasse, vendidisse, pignori obligasse aut aliter obnoxiasse quam nunc dictis emptoribus ex presenti venditione et forma incantus suprascripti, quod si secus reperiatur, venditores ipsi nomine predicto ipsos emptores suosque heredes perpetuo indemnes conservare promiserunt et litem ullam, causam, molestiam seu questionem de predictis bonis venditis seu de aliqua eorum parte dictis emptoribus aut suis heredibus ullo unquam tempore inferre neque inferenti consentire, immo bona ipsa ipsis emptoribus heredibusque suis perpetuo pacifice dimittere legitimeque defendere, auctorizare, tueri et penitus expedire ipsosque emptores in quieta et pacifica possessione manuteneret et conservare a quibuscumque personis, communi et collegio omnibus prefati illustrissimi ducalis dominii periculis, laboribus et expensis.

Quam quidem venditionem et alienationem atque omnia et singula suprascripta prefati magnifici domini sapientes nomine illustrissimi dominii et supra promiserunt et promittunt prefatis magnificis dominis emptoribus, pro se et eorum heredibus stipulantibus et acceptantibus, perpetuo firma, rata et grata habere, tenere, attendere, observare et adimplere et non contrafacere vel venire per se vel alios aliqua ratione vel causa, forma seu ingenio de iure vel de facto sub pena dupli totius eius in quo pro tempore contrafactum fuerit in singulis per presens instrumentum solenni stipulatione promissis et refectionis atque emendationis omnium et singulorum dannorum, expensarum et interesse litis et extra, quibus solutis et refectis et non, presens nihilominus instrumentum cum omnibus contentis in eo in sua permaneat firmitate, obligantes ipsi

magnifici domini sapientes pro premissorum observatione omnia bona illustrissimi ducalis dominii presentia et futura, renuntiantes omnibus et singulis exceptionibus, privilegiis, auxiliis et beneficiis per quas vel que premissis seu alicui premissorum posset aliquid quomodolibet excipi, obiici vel opponi.

+ Ego

+ Ego Ludovicus Memo provisor super rationibus camerarum subscripsi.

+ Ego Andreas Fuscarenio provisor super rationibus camerarum subscripsi.

Ego Franciscus Doninus filius quondam domini Ioannis, civis Venetiarum de confinio Sancti Hieremie, publicus imperiali auctoritate notarius, suprascriptis omnibus presens fui, rogatus scripsi et in hanc publicam formam morbo chiragre captus transcribere feci, transcriptum auscultavi cum meo autentico et reperi utrumque convenire, propterea in maiorem fidem mandato illustrissimi ducalis dominii me subscripsi et signo meo tabellionatus consueto pro more obsignavi anno millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, indictione octava, die vero octavo mensis martii.

Ego

Ego Ludovicus Memo provisor super rationibus camerarum subscripsi.

Ego Andreas Fuscarenio provisor super rationibus camerarum subscripsi.

Ego Franciscus Doninus notarius officii magnificorum dominorum provisorum super rationibus camerarum, publicus notarius olim electus et deputatus ad instrumenta confienda et reliquos actus, qui necessarii essent, super venditionibus faciendis per magnificos dominos Victorem Superantium equitem procuratorem Sancti Marci et suos collegas, de quibus in hoc libro fit sepius mentione, suprascriptis omnibus presens fui, rogatus scripsi et morbo impeditus in hanc publicam formam redigere feci, redactum relegi et reperi stare pro ratione et cum autentico convenire, propterea in maiorem fidem in executione mandati illustrissimi ducalis dominii me subscripsi et signo meo tabellionatus pro more obsignavi, ut ex opposito appareat in kartis 16.

Testamento di Elisabetta o Isabella, vedova di Filippo Foscari

1483 settembre 12

Cedola (cart.): NTest b. 955 (Alvise Talenti) n° 189 (**A**). Il testo, scritto dal notaio, riempie tre facciate del foglio doppio. L'ultima, che presenta le tracce della originaria conservazione in forma piegata, reca il soggetto: *Testamentum nobilis domine Elisabet Foschari*, e la nota: *R(egistra)t(um)*. Il testo, posto sotto l'invocazione *Yesus*, comincia come segue: *M^oCCCCLXXXIII^o, die duodecimo mensis septembris, inductione secunda, Rivoalti. Cum terminum vite sue unus quisque prorrssus ignoret et cetera. Quapropter ego Elisabet Foschari . . .* Dopo la fine del testo si leggono due firme, aggiunte da mani individuali, mentre il resto è scritto dal notaio:

+ *Ego presbiter Lodovicus de Veneciis testis subscripsi.*

+ *Ego Andreas filius ser Lodovici Batuauri testis subscripsi.*

Testes presbyter Ludovicus de Veneciis et Andreas filius ser Ludovici Batuauri, ambo de ecclesia Sancti Ioannis Crisostomi presbyter Ludovicus T(alenti) notarius rogatus subscripsi.

Strumento notarile (perg.): ScRos b. 36 mazzo 7 proc. 10 f. 10 (**B**). Sul verso, scritto da mano quasi contemporanea: *Testamento de [maldona] Isabeta Foscari mia mad[re].*

Registrazione in abbreviatura notarile (perg.): NTest b. 957 (Alvise Talenti) prot. f. 95'-96' (**D**).

Copia notarile, 1535 dicembre 3 (perg.): ScRos b. 36 mazzo 7 proc. 10 f. 9 (**E**). La pergamena è lacerata da due grandi buche nella parte superiore. Il copista è *Antonius Marsilius notarius et aule serenissimi principis Venetiarum cancellarius*, il suo strumento reca le firme di un giudice dell'esaminador e di un notaio della rispettiva curia. Il testo è tratto *lex autentico prot/hocollo* (notizia qui integrata dalla copia in b. 28, cfr. infra), cioè da D, della quale è una copia assai fedele, perciò non occorre segnalarne le varianti, che si limitano a differenze ortografiche e a correzioni di errori di scrittura.

Copie del sec. XVII (cart.): ivi, f. 6-8 (da D); ivi, f. 11-14' (da E, però senza la parte introduttiva aggiuntavi); ScRos b. 28 mazzo 3 proc. 6 f. 93-98 (da E); AGrad b. 251 fasc. (1) "Testamenti" all'inizio, ma con fogliazione da 19 a 21 (da D).

L'edizione presente si basa su B, poiché pare che essa rappresenti l'ultima intenzione del notaio, salvo pochissime sviste. Nelle note si indicano anche le varianti ortografiche di A, mentre pare superfluo evidenziare le differenze nell'ordine delle parole nonché le correzioni fatte dal notaio durante la stesura della cedola; in quest'ultima peraltro non appaiono parole scritte interamente in maiuscole. Si danno anche le

varianti di D, però omettendo quelle di carattere puramente ortografico, tranne i casi in cui queste ultime concordano con A.

In^{a)} nomine Dei eterni, amen. Anno ab incarnatione domini nostri Yesu Christi millesimo^{b)} quadringentesimo octuagesimo tertio, die duodecimo mensis septembris, indictione secunda, Rivoalti. CUM unigenitus Dei filius, dominus^{c)} noster Yesus Christus, agens vitam in humanis, bene sciret quod apropinquaret hora eius, ut patri suo spiritum traderet, universis exemplum largiens singulare, in sua que gloria cena et in suo salutifero testamento fragilitati previdit humane, ut ex hinc quelibet rationalis creatura pertransiens, eius sacratissima vestigia inmitando, sic se et sua solicite ordinando disponat. Quapropter EGO HELLISABETH^{d)} Foschari^{e)}, relicta^{f)} magnifici domini Philippi Foschari, olim honorabilis procuratoris Sancti Marci, de confinio^{g)} Sancti Proculi, sana Dei gratia mente et intellectu ac corpore, timens tamen ne casus huius misere et fragilis vite me subripiet intestatam et sic^{h)} bona mea indisposita et inordinata relinquam, IDEO ad me venire feci presbyterum Ludovicum Talenti, ecclesie Sancti Ioannisⁱ⁾ Crisostomi plebanum et Venetiarum notarium, ipsumque rogavi in presentia testium infrascriptorum, ad infrascripta vocatorum, rogatorum^{j)} et iuratorum iuxta formam legis, ut hoc meum ultimum scriberet testamentum pariterque conpleret cum clausulis et addictionibus ac^{k)} solempnitatis Venetiarum solitis, consuetis et oportunis^{l)} ac necessariis^{m)}.

In quo quidem meo testamento constituo et esse volo meos fidèlesⁿ⁾ commissarios et huius mee ultime voluntatis executores virum venerabilem dominum Antonium Marinum decretorum doctorem, meum honorabilem nepotem, viros nobiles dominum^{o)} Michaelem Foschari et dominum^{p)} Franciscum Foschari, fratres et filios meos dilectos, ac etiam dominam Ceciliam Marino sorrorem meam et dominam Stelinam^{q)} meam peramabilem filiam^{r)}; secun-

a) In nomine ... disponat: *in A un'altra arenga, vedi sopra* b) millio D c) dominus ... disponat] et cetera D d) Elisabet A; Helisabeth D e) foscarì D, *qui e spesse volte anche in seguito* f) segue quondam A; segue depennato domini D g) confino B h) manca in A i) ion(n)is D j) rogatorum et iuratorum manca in A k) ac solempnitatis] more A l) opportunis A m) necessariis AD n) fidei A o) ser A; dominos D p) ser A; manca in D q) i su rasura B; stellinam AD

dum quod hic inferius ordinavero darique iussero, sic ipsi post obitum meum adimplere debeat ac teneantur.

In primis namque comendo animam meam suo creatori et omnipotenti Deo ac^{s)} gloriose virginis Marie totique curie celesti.

(2) Item si et quando anima mea egressa fuerit ex corpore meo, tunc volo sepeliri ad^{t)} monasterium Sancti Francisci fratrum Minorum, cum habitu tamen pizocherarum sancti Francisci tertii ordinis. Quibus pizocherabus dimito ducatos quatuor pro anima mea, cum hac tamen condicione quod corpus meum sepelietur in archis predictarum^{u)} pizocherarum, in quibus sepulte fuerunt^{v)} quondam filie mee. Quibus exequiis^{w)} volo solum intersint presbyteri contracte^{x)} mee cum quatuor dupleriis^{y)} sive lampadibus magnis^{z)} et albis et non pluribus^{aa)}.

(3) Item dimito pro mea decima ducatos viginti quatuor pro anima^{bb)} mea. Qui ducati viginti quatuor vollo extrahantur de afflictibus^{cc)} domorum mearum positarum in confinio Sancti Viti et de ipsis solvatur predicta^{dd)} mea decima.

(4) Item dimito ducatos quatuor pro mea decima dispensandos in contratta Padue ubi est hospitium meum quod tenet pro^{ee)} signo Pavonum^{ff)}. Qui ducati quatuor extrahantur etiam de afflictibus hospitii predicti de Padua pro anima mea.

(5) Item^{gg)} dimito ducatos tres pro missis celebrandis sancte Marie et sancti Gregorii pro anima mea.

(6) Item dimito^{hh)} ducatos octo pro mitendo ad Sisium et Romanum pro anima mea.

(7) Item dimitoⁱⁱ⁾ pro duobus diebus mitendis in edomoda^{jj)} ad visitandum^{kk)} ecclesiam Sancti Petri de Castello, videlicet in die dominica et in die veneris, per annum unum et ad ecclesiam Santissime^{ll)} Trinitatis ducatos quinque pro anima mea.

(8) Item dimito pro eundo ad Crucem ducatum unum pro anima mea.

r) segue qui A; segue cancellato qui D s) ac ... virginis et virginis ac gloriose A; ac virginis gloriose D t) apud A u) dictarum A; predittarum D v) ferunt B w) obsequiis A x) conrate AD y) dopleriis A z) magis A aa) plur(es) AD bb) a(n)i(m)am B cc) afflictibus A; afitibus D dd) dicta A ee) pro signo] insignia A; pro insigno D ff) paonum A gg) in D questo legato è aggiunto a più pagina con segni di richiamo hh) dimitto A ii) dimitto A jj) edomeda A kk) visitantium B ll) sanctissime A

(9) Item dimito ducatos duos pro eundo ad Sanctum Laurentium pro anima mea.

(10) Item dimito ducatos undecim pro mitendo ad visitandum Angelum in Apulea pro anima mea.

(11) Item dimito dominabus monialibus sive monasterio Anuntiate^{mm)} ducatos sex, que domine moniales teneantur dicere sive legere triginta tres vices psalterium et triginta tria millia vices psal-
lum *De profundis* pro anima mea.

(12) Item dimito hospitaliⁿⁿ⁾ Sancti Antonii, videlicet fabrice il-
lius, ducatos duos pro anima mea.

(13) Item dimito pro querendo sepulcra in die Veneris sancti
ducatum unum pro anima mea.

(14) Item cum sit quod impresentiarum mitto^{oo)} Margaritam de
Santo^{pp)} Raphaele ad visitandum ecclesias^{qq)} Sancti Marci et Sancti
Zacharię et promiserim^{rr)} ei^{ss)} dare ducatos octo pro suo labore per
annum unum, et casu quo non complevisset^{tt)} ire ad predictas ec-
clesias ante obitum meum et si non^{uu)} esset soluta de dictis ducatis
octo ut supra, vollo^{vv)} solvatur de reliquo, si reliquum aliquod^{ww)}
habere deberet sive restaret, pro anima mea.

(15) Que quidem legata per me ordinata ut supra volo solvantur
de denariis qui sunt in quodam saculo sive sacheto^{xx)} cum poli-
cia^{yy)} quadam intus in capsula mea. Reliquum vero dictorum dena-
riorum volo dispensetur^{zz)} inter pauperes egenos, secundum vide-
bitur predictis meis commissariis^{aaa)}, pro anima mea. Dico tantum de
illis denariis de quibus non est facta aliqua mentio, de quibus de-
nariis solvantur legata mea, ut supra dixi.

(16) Item dimito domine^{bbb)} Stelline filie mee suprascripte^{ccc)}
ducatos centum auri in signum amoris et caritatis.

(17) Item dimito ser^{ddd)} Hieronymo^{eee)} Foschari filio quandam
domini^{fff)} Urbani olim filii mei ducatos centum de propriis meis
bonis in signum amoris et caritatis.

mm) nuntiate A nn) *l'ultima i è su rasura B oo) mito AD pp) sancto A qq) s su rasura B rr) promisserim A ss) ei darel dare (in interlinea sibi A tt) complevisse et D uu) in interlinea BD vv) volo AD ww) aliq(u)id A; aliq(u)o)d B; aliqd D xx) secheto A yy) politia A; poliza D zz) dispensentur A aaa) commissariis AD bbb) manca in A ccc) suprascripte A, qui e in seguito ddd) manca in A eee) hyeronimo A fff) ser A*

(18) Item volo et dimito omnes meas domos, tam hic Venetiis positas quam extra, quas reperio^{ggg)} me habere, prefatis ser Michaeli^{hhh)} et ser Francisco Foschari, meis dilectis filiis et filiis quondam magnifici domini Philippi, ac etiam filiis maribus quondam prefati ser Urbani Foschari olim filii mei interⁱⁱⁱ⁾ eos equaliter^{jjj)}, cum hac^{kkk)} tamen condictione et obligatione quod numquam dicte domus^{lll)} possint vendi nec alienari nec pro anima iudicare^{mmm)} neque super ipsis domibus nullamⁿⁿⁿ⁾ dotem securare sive securari facere, sed sic semper predicte domus inter eos maneant et existant et^{ooo)} inter eorum heredes et deveniant de eorum heredibus in heredes masculos ab ipsis legiptime descendentes, et non aliter, et deficiente^{ppp)} uno, pars defficientis deveniat in alium sive in alios et eorum heredes legiptimos supravientes^{qqq)} et descendentes, et hoc tamen quod dicte domus semper teneantur per prefatos^{rrr)} meos filios et nepotes ut supra sive eorum heredes in contio et in culmine et quod solvantur per eos qui tenebunt et posidebunt dictas meas domos de afictibus illarum omnes decime et angarie que fuerint necessarie solvende et ponende per terram nostram. Et defficientibus filiis meis et nepotibus suprascriptis sine legiptimis heredibus, adeo quod nemo esset sive inveniretur in humanis de eorum prole legiptime ut supra, tunc volo in hoc casu quod dicte domus mee suprascripte, videlicet affictus earum, dispensentur inter pauperes Christi et ad pias causas^{ttt)}, secundum quod videbitur magnificis dominis procuratoribus de citra, qui volo quod sint mei commissarii in casu quo filii mei sive heredes eorum de prole eorum non invenirentur in humanis ut supra. Que domus mee remaneant semper condictionate, prout in filiis meis et eorum heredibus fuerunt per me condictionate et ordinate pro anima mea.

(19) Item vollo^{uuu)} quod, si post obitum meum repperiretur^{vvv)} quod^{www)} ser Urbanus olim filius meus foret meum debitorem ano-

ggg) repperio *AD* hhh) michali *D* iii) *corretto da* in *B* jjj) qualiter *B* kkk) *manca in B* lll) d *corretta da p B* mmm) *iudicari D* nnn) numquam aliquam *A; segue aliquam D* ooo) *in interlinea B* ppp) defficiente *AD* qqq) ut supra viventes *A* rrr) predictos *AD* sss) necesarie *A* ttt) cau(s)a *B, nell'estremo margine destro* uuu) volo *AD* vvv) rep-
p(er)iet(ur) *A* www) quod ... foret] quondam ser Urbanum olim filium meum (*poi corretto per ottenere la forma* Urbanus olim filius meus) fore *A*

tatum^{xxx)} super quodam meo libereto, volo quod dictum debitum numquam possit peti ad conputum crediti mei neque astringi ad^{yyy)} solvendum per aliquem meum beneficiatum^{zzz)} sive comissarium, sed dictum debitum sit et remaneat ac^{aaaa)} existat in manibus filiorum prefati quondam ser Urbani Foschari^{bbbb)} sine aliqua contradictione et obstaculo.

(20) Item interrogata ab^{cccc)} ipso notario de interrogandis, respondi nil aliud dimitere vellem nisi ut supra dimissi.

(21) RESIDUUM vero omnium bonorum meorum mobilium et inmobilium, presentium et futurorum quocumque modo, via, iure, forma, causa, titulo et^{dddd)} colore^{eeee)}, et omne caducum, inordinatum et prononscriptum et id quod^{ffff)} ad caducum, inordinatum et prononscriptum spectantium^{gggg)} et pertinentium et id quod in futurum spectare et pertinere posset mihi aut huic comissarie mee quomodocumque et qualitercumque, dimito prefatis ser Michaeli et ser Francisco Foschari^{hhhh)}, meis filiis dilectis et commissariis ut supra, ac filiis maribus prefati quondam ser Urbani Foschari, quibus omnibus filiis meis et beneficiatis per me ut supra summope-reⁱⁱⁱⁱ⁾ comendo animam meam.^{jiji)}

PRETEREA^{kkkk)} plenissimam virtutem et potestatem do, tribuo, confero penitus et concedo dictis meis commissariis dictam meam commissariam intromitendi^{llll)}, administrandi^{mmmm)} et furniendi, pe-tendi, exigendi et gubernandi, omnia mea bona mihi spectantia, in quocumque loco existentia reprehendere, recipere, gubernare et administrare, a quibuscumque meis debitoribus quocumque modo et pro quacumque causa mihi dare debentibus exigere, creditoribus solvere et de receptis proquietare, in prestita emere, prodia exigere, domos meas et posessiones, tam hic Venetiis quam alibi sive extra, afictare et disfictare ac locare, sergentibus et habitatori-

xxx) anotatus corretto da anotatum A yyy) manca in A zzz) beneficiatum A, qui e in seguito aaaa) et A bbbb) foschari A cccc) ab ... notario manca in A; ab ... interrogandis] de interrogandis ab ipso notario D dddd) manca in A eeee) segue spectantium et pertinentium A ffff) qd D gggg) spectantium ... qualitercumquel quomodolibet devenire posset A hhhh) foschari A iiiii) sumopere A jjjj) fine di A, dove seguono le sottoscrizioni e la notizia dei testimoni, vedi sopra nella descrizione della cedola kkkk) fine di D, tranne le firme e la sottoscrizione del notaio; cfr. sotto llll) int(er)omitendi B mmmm) administradi B

bus comeatum dare, denarios in bancho sive in banchis de scripta ponere, totiens quociens opus fuerit, et ex illis extrahere et, si opus fuerit, pro predictis et circa predicta in quocumque iudicio, tam ecclesiastico quam seculari, comparendi, placitandi, agendi, respondendi et defendendi, advocandi et advocates tolendi, terminos petendi et recipiendi testes, probationes et iura quelibet producendi et productis ex adverso oponendi, legem petendi, interdicta, precepta, terminationes et sententias quascumque fieri et executioniⁿⁿⁿⁿ⁾ mandari faciendi tam realiter quam personaliter, appellandi et appellationes prosequendi, expensas petendi et recipiendi nec non in animam meam iurandi, cartas securitatis et omnes alias cartas et scripturas et omnia alia dicendi, faciendi, operandi et exercendi, que pro huiusmodi mea voluntate exequendo^{oooo)} fuerint necesaria et quelibet^{pppp)} oportuna et que quilibet commissarius facere potest et debet ac ego vivens facere possem, et mandans firmum et ratum habere quicquid per dictos meos commissarios gestum fuerit atque factum. Hoc volo et ordino meum esse ultimum testamentum meamque ultimam voluntatem, quod et quam prevallere iubeo atque mando ceteris meis testamentis per me per tempora preterita rogatis et factis. Si quis igitur contra hanc mei testamenti cartam ire temptaverit et hanc meam ultimam voluntatem modo aliquo infringeret vel ei ausu temerario contrairet, caveat iram omnipotentis Dei et^{qqqq)} omnium sanctorum se incursum, et nichilominus hec mei testamenti carta in sua semper permaneat firmitate.

+ Marinus^{rrrr)} Leonus consiliarius.

+ Lucas Zenus consiliarius^{ssss)} Venetiarum

SN Ego presbyter Ludovicus Talenti, ecclesie^q Sancti Ioannis Crisostomi plebanus et ecclesie^{tttt)} Sancti Marci canonicus ac Venetiarum notarius, complevi^{uuuu)} et cum subscriptione duorum magnificorum dominorum consiliariorum^{vvvv)} communis^{wwww)} et dominii

nnnn) segue depennato s B oooo) così B pppp) così B, forse invece di quod modolibet qqqq) manca in BD rrrr) le due firme sono scritte da mani individuali in B e D ssss) conzis. B; consil. D tttt) manca in D, dove l'ordine delle parole seguenti è: canonicus Sancti Marci uuuu) complevi et manca in D vvv co(n)silio(rum) B wwww) communis et dominii manca in D

Venetiarum loco duorum testium defunctorum iuxta^{xxxx)} formam legis roboravi.

xxxx) iuxta ... legis] asumptorum *D*

225

Deliberazione del Senato che i provveditori alle biale consegnino al cardinale Pietro Foscari un quantità di frumento per il valore di 2000 ducati, tratta da quella spettante all'episcopato di Padova

1484 aprile 13

Registrazione cancelleresca (perg.): SenSec reg. 32 f. 31' (**D**).

MCCCCCLXXXIII, die XIII aprilis

.....

Die suprascripto

Sapientes consilii, sapientes terre firme

Ingentia merita et affectuosa opera continue prestata et prestanda quocunque tempore per reverendissimum dominum cardinalem Foscarum ad commoda et proficia nostri dominii inducere merito nos debent ad caripendendam salutem et sospitatem suam. Et quoniam, ut suis litteris nunc lectis declaravit, desyderat vehementer conferre se ad balnea pro curanda egritudine qua vexatur, quod facere non posset sine aliquo auxilio suorum introituum, prout benigne petit, usque ad summam ducatorum duorum milium ob multas impensas quas facturus est, expedit nostro domino gratificare reverendissime dominationi suę in hac honesta et benigna petitione, quando precipue concernat salutem personę suę, quę quocunque tempore futura est utilis rebus nostris,

vadit pars quod per provisores nostros bladorum consignari debeant tot ex frumentis episcopatus Patavini quę penes officium suum habent quot sint pro ducatis II^m, dandis et respondendis commissis cardinalis suprascripti, et non suplente tractu ipsorum frumentorum, suppleri debeat per rectores nostros Padue reliquo quod deficiet ex introitibus dicti episcopatus et beneficiorum reve-

rendissime dominationis suę usque ad predictam summam integrum ducatorum II^M, consignandorum et dandorum ut supra commissis et nunciis suprascriptis.

+ De parte	132
de non	2
non synceri	3

226

*Nolo, effettuato da Michele Foscari, di parte della nave di
Michalli de Zuane per far trasportare certa quantità di vino
da Creta a Venezia*

1484 agosto 18

Copia contemporanea (cart.): PrSM, Misti b. 41 fasc. 9 senza n° (**B**). Nell'ultima pagina del foglio doppio il copista indicò l'oggetto: *Copia. 1484, i(così) dì 18 avosto in Veniexia. Nollizado della nave, pattron ser Michalli de Zuane, per el viazo de Chandia de mera 20 de vini a miser Michiel Foschari.*

+ Laus Deo. m°cccc°lxxxviii°, a dì 18 avosto in Veniexia
El nobel homo miser Michiel Foschari nolliza sopra el navillio de
Michalli de Zuane, hover quello alttri patronizase de vollontà d'i
suo perzenevelli, per el viazo de Chandia vini miera xv de fermo
ett miera zinque da respetto zenza porzion né spexa de botter per
ducati quattro e mezo el mier, zoè ducati 4 grosi 12 el mier consueto
dei nollizadi de Chandia, e zontto sarà con salvamento a
Veniexia e dischargo in ttera con salvamento, allora ditto patron
abia a vadagnà el suo nollo al prexio ditto di sopra, i qual nolli aver
debia ditto patron qui in Veniexia lla mittà mexi 5 dapoi dischargo
e ll'alttra mittà mexi diexe dapoi dischargo.

Dechiarando che ditto nollizador se hobliga spazarallo de Chandia per ttutto el mexe de settinbrio^{a)}, non manchando per el ditto patron, ché se per defetto del ditto patron non allevase lle ditte botte quando lle sarano consignatte, se inttenda eser suo difetto.

a) corretto da novinbrio B

El qual rispetto posindo ditto patron llevar, sia hobligà ditto nollizador de darlo.

E chusì promette una partte a ll'alttra ett ll'alttra a l'una de attender ett hoservar e per nisun modo contrafar sotto pena de dani he interesi a quella partte contrafarà.

Io Daniel Chopo fo de miser Gerolimo per chomision che ò da miser Michiel Foschari son conttentto quanto hè di sopra schritto e prometto de ratto che el ditto miser Michiel Foschari serà chusì conttentto.

Io Michalli de Zuane chome patron son conttentto quanto di sopra è schritto de volontà d'i mie' perzenevelli.

227

Deliberazione del Senato che accoglie una istanza anonima di concessione mineraria; rivelazione del richiedente Francesco di Filippo Foscari con indicazione della zona delle esplorazioni nelle valli Trompia e Sabbia

1484 dicembre 13, 1485 marzo 29

Registrazione ufficiale (perg.): SenT reg. 9 f. 120', 128 (**D**).
Cfr. BRAUNSTEIN, *Entreprises minières* p. 549, 591.

1484, die XIII decembris, ut infra

Serenissimo principi et excellentissimo consilio suo. Io, fidelissimo servidor vostro, domando de gratia ala vostra serenità che la se degni de conciederme che in tuti luogi nominarò et terre de quella io possi cavar metalli de ogni sorta: oro, argento, piombo, rame et ogni altro metallo, item veriol, azuro et allume, et dove caverò et farò cavar niun si possi aproximar ad uno miglio, chome è lo consueto. La qual concession domando me sia facta cum tuti modi^{a)}, condicion et pacti che altre volte fo concesso a maistro Francesco de Michiel da Stagno e compagni, excepto che non voglio poder usar el suo edificio, intendendo che la presente gratia e concession

a) segue depennato et D

se intenda sì nei luogi che ho trovado chome quelli che havesse trovato et in foveis et locis tam derelictis quam derelinquendis. I quali da poi che la vostra serenità me l'averà concesso io li nominerò e^{b)} el mio nome. Et de la gratia me farà vostra serenità me sia facto uno privilegio cum le conditione predicte et tute altre largeze e libertà che rechiede simel privilegii cum le mie littere di passo.

Die suprascripto, videlicet XIII decembris

Consiliarii: ser Ioannes Contareno, ser Augustinus Barbadico,
ser Marcus Foscolo, ser Leonardus Lauredano

Quod eidem supplicant fiat gratia quam petit.

+ De parte	99
de non	6
non sinceri	10

1485, die 29 martii

Nobilis vir ser Franciscus Foscari quondam ser Filippi procuratoris nominavit et declaravit se eum esse qui fecit hanc supplicationem suprascriptam.

Quoniam hic non capit spacium notandi loca de quibus supra fit mentio, ideo fuit necessarium illa notare in fine mensis februarii insequentis ad c. 128.

Loca nominata et presentata vigore partis capte in rogatis – ut supra contra ad c. 121 – ad instantiam nobilis viri ser Francisci Foscari, videlicet:

In montibus sive locis nominatis de la Dargola, Riviere Fasseti et in valle Sancti Columbani sub pertinentiis communis de Collibus ac in montibus et locis del Pagan, Castabella sub pertinentiis communis de Bovegno districtus vallis Tropie et in montibus nominatis el Provar, la Draga et la Agelina sub pertinentiis et districtu vallis Sabie nec non in quibusunque aliis montibus, terris et locis existentibus sub pertinentiis et confinibus dictorum communium de Collibus et Bovegno ac communis de Bagolin et totius vallis Tropie ac vallis Sabie cum toto territorio Brixensis iurisdictionis nostri domi-

b) *in interlinea D*

nii, tam repertis quam reperiendis et in foveis tam novis quam veteribus, derelictis vel dereliquendis.

228

*Testamento di Marina di Giacomo Foscari, moglie
di Francesco Bragadin*

Murano, 1485 giugno 1-2

Registrazione in imbreviatura notarile (cart.): CInfN b. 99 fasc. 1 (Antonio Grasseli) prot. f. 45-46 n° 178 (**D**).

In Christi nomine, amen. Anno a nativitate eiusdem domini nostri Yesu Christi millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto, indictione III, die secundo mensis iunii. Cum unaqueque dies creature mortali velut ultima habenda sit et precipue quando corporalis aliqua dubiosa iminet egritudo, hinc est quod vigilare amonetur ne incaute occumbat et sua bona inordinata remaneant. Eapropter nobilis mulier domina Marina, olim filia viri nobilis ser Iacobi Foscari quondam serenissimi domini Francisci incliti Venetiarum ducis, consors et uxor viri nobilis ser Francisci Bragadino quondam domini Iacobi de confinio Sancti Apollinaris, licet tunc existens Muriani, corporea infirmitate agravata, tamen Dei gratia sane mentis, sensus et intellectus, volens et intendens sua fortuna bona ordinata relinquere, presens suum testamentum et ultimam voluntatem ordinare et facere procuravit iuxta tenorem unius cedula testamentarie bombicine, manu infrascripti notarii pridie scripte, quam rogavit vulgari sermone ad maiorem ipsius testatrixis intelligentiam. Cuius quidem cedula tenor sequitur et est talis:

Iesus Christus. MCCCCCLXXXV, die primo mensis iunii, indictione III, Muriani. Trovandom io Marina consorte del nobel homo ser Francesco Bragadin fo de miser Iacomo dela contrada de Sancto Aponal, al presente a Muran, inferma dela persona, ma gratia Dei sana dela mente et desiderosa – oltra l'ordene spiritua de l'animal – etiam ordinar li mie' beni temporal, ma non havendo hora el modo

de haver testimonii, farò notar con brevità de man de pre Antonio di Grasseli, mio padre spiritual, confidandome che dicto miser Francescho et mie' fioli rimagherano contenti de adimpir questa mia ultima volontà et de questo li priego grandemente.

(1) Item ordino esser sepulta a Sancta Croxe de la Zudecha entro dal monestier con l'abito de quele done, ale qual lasso ducati dodexe d'oro per l'abito et per la mia sepultura et azò esse done munege priegano Dio per l'anima mia.

(2) Item voio sia trato e nutrito uno puto dala Pietade uno anno per l'anima mia et per questo lasso ducati diexe d'oro.

(3) Item a l'ospedal de Sancto Antonio lasso ducati quattro d'oro per fabrica.

(4) Et similiter per la fabrica de Sancta Maria d'i Miracoli lasso ducati quattro d'oro.

(5) A lazaretho lasso ducati do d'oro.

(6) Item al monestier de Sancta Maria de Gratia lasso ducati do d'oro.

(7) Item ale donzelle de Sancta Agnexe, stano arente San Bernaba, lasso ducati tre d'oro.

(8) Et similiter a dicte donzelle che stano arente la giexia de San Domenego lasso ducati tre d'oro.

(9) Deli^{a)} altri luogi consueti non voio per hora altro ordinare.

(10) Item ali poveri de la mia contrada de Sancto Aponal lasso ducati sie d'oro.

(11) Item ali monestieri infrascripti: del Corpus Domini, de Sancto Andrea de Zirada, de Sancto Alvixe, de San Daniel et de Sancta Chiara de Muran et de Sancta Maria d'i Anzoli de Muran et de San Chosma e Damian dala Zudecha et dele done del Spirito Santo et dela Nuntiada a Sancta Luzia et de San Francescho dela Croxe et de Sancta Iustina et de San Ieronimo, lasso ali predicti monestieri de munege ducati do d'oro per zaschaduno de dicti monestieri, azò dicte done priegano Dio per l'anima mia.

(12) Item similiter a li monestieri infrascripti de frati observanti, zoè de San Domenego, de San Francescho dala Vigna et de San Sebastian e a li Giexuati e de San Piero Martire de Muran et de San

a) *in interlinea D*

Iob et de San Iacomo dala Zudecha et de Sancto Mathia de Muran, lasso ducati do d'oro per zascheduno d'i dicti monestieri, azò dicti signor frati diebano zelebrar messe et priegano Dio per l'anima mia.

(13) Item voio ch'el sia^{b)} mandado per uno anno ogni domenega ala Trinitade et etiam sia mandado ala Croxe, secundo el consueto, per l'anima mia. Et se dona Ana Zota, che me serve al presente et habita a l'ospedal de la Cha' de Dio, sopraviverà et vorà andar ala Croxe ut supra, i lasso ducati tre d'oro et etiam, se la vorà andar ala Trinitade, habia per quelo quanto è consueto.

(14) Item ordino che dapoi la mia morte subito sia dicto uno anno de longo ogni zorno una messa per l'anima mia, dove parerà a miser Francescho mio marido et chon la elymosina li parerà, perché a lui particolarmente ricomando l'anima mia.

(15) Item lasso ducati diexe d'oro a Maria da Feltre, habita con nui in chaxa, oltra li ducati sie ho in salvo d'i soi, son in la cassela de nogera vechia pizola. Et etiam laso ala dicta madona^{c)} tute le robe se troverà facte per so uxo, con questo che subito dapoi la mia morte la sia mandada a Padoa da so mare per maridar, et non habi dicti ducati diexe salvo al suo maridar. Li soi sie ducati et le robe voio subito sia mandade a suo madre, azò possi compir de meterla in ordine.

(16) Item lasso a l'altra fantescha nostra de chaxa, dicta Fumia, ducati tre d'oro dapoi l'averà compido el suo tempo.

(17) Item voio ch'el me sia dicto le messe de sancta Maria et de san Griguol per l'anima mia. Et se pre Antonio de Grasseli, mio padre spiritual soprascritto^{d)}, sopraviverà, habia dicto legato de dicte messe, per elymosina dele qual lasso ducati tre d'oro.

(18) El residuo de tuti li mie' beni mobeli e stabeli, presenti et futuri, caduchi et inordinati et cetera, lasso equalmente a tuti mie' fioli, sì mascholi chome femene, et questo se intenda per li mascholi quando vigneron ala etade de anni vinti, nì possi testar avanti la etade de anni trenta compidi. Et se alguno d'i dicti mie' fioli mascoli, uno o piui, vignisse a manchar avanti dicta etade de anni trenta senza legitimi heriedi, la parte soa^{e)} de vegna neli altri

b) *in interlinea D* c) *in interlinea D* d) *in interlinea D* e) *in interlinea D*

mie' fioli et etiam in mie fie femene, zoè in quele non fosse tunc temporis maridade o monachade. Et similiter se alguna de dicte mie fie vignese a morte avanti fosse maridada o monachada, voio che la sua parte devegna in tuti mie fie et fioli che^{f)} sopraviverà.

(19) Item dechiaro^{g)} che la mia volontà era et saria de far qualche differentia de questo mio residuo et beneficiar più mie fie cha mie' fioli mascholi per li respecti se intende del più bixogno et cetera. Tamen non ordino altro, ma questo lasso in volontà et discretione del soprascrito miser Francescho mio marido et de miser Nicolò Foscari mio fradello, li qual lasso et priego siano executori de questa mia ultima volontà. Et sì voio che tuti mie' fioli et fie non li possano contradir a quelo i dicti farano quanto a tal differentia de fie et fioli, secundo li chaxi occorerano; voio et ordeno se habia a far secundo lor discretione et come li parerano et de tuto dicti mie' fioli habiano a rimanir quieti et contenti.

(20) Item de mia volontà è de ordenar più altri mie' commessarii et executori de questa mia ultima volontà et ordene, zoè la magnificantia de miser Ferigo Chorner mio barbano, madona Lucretia Foscari^{h)} mia madre, madona Catharuza Chorner mia ameda et mia sorela dona Catharina Soranzo et mie' fioli Iacomo et Zuane, quando sarano in etade de anni vinti. Tamen voio che miser Francescho mio marido et miser Nicolò Foscari mio fradello siano et se intendano per la maor parte d'i mie' commessarii, e a lor do principaliter lasso l'incargo et la facultà et auctorità de exequir quanto ho sopra ordinado.ⁱ⁾

(21) Item al dicto miser Francescho mio marido lasso ducati vintizinque d'oro in segno de amor et de caritade.

(22) Item se per chaxo se haverà modo de haver testimonii et pregar in man de noder questo mio ordine secundo el modo de Veniexia over saltem secundo Imperio, voio ut supra che li soprascritti mie' commessarii habiano plenaria auctorità de intrometer, furnir et administrar la mia commessaria et cetera et generaliter ad

f) che sopraviverà nel margine con segni di richiamo D g) corretto da dechiaro D h) in interlinea D i) qui un segno di richiamo rinvia a no(ta), posto nel margine D

omnia iuxta consuetudinem, intindando sempre li soprascriti miser Francescho et miser Nicolò per la mazor parte.

(23) Item voio se fazi cantar una messa in la giexia de Sancta Lucia per uno vodo per mi facto et che li sia dado ducato uno et 1^o per de candeloti.

(24) Item ala fabricha et schuola de San Rocho lasso ducati do d'oro.

(25) Item voio et ordeno ala mia sepultura haver solamente quattro dopieri, el capitulo dela mia contrada de Sancto Apponal con dodexe piovani et candele a sufficientia et aliis requisitis et cetera.

Et hic est finis predicte cedula, subscripte manibus testium infra-scriptorum. Quam quidem cedulam ipsa domina Marina testatrix approbavit et ratificavit in presentia mei notarii et ipsorum^j testium, dicens et confirmans hanc esse suam ultimam voluntatem et esse velle suum ultimum testamentum, quod prevalere intendit et voluit iure testamenti aut iure codicyllorum seu iure donationis causa mortis aut quocumque alio modo, quo magis et melius vale-re poterit et tenere, ipsumque tenere vigoris et roboris firmitatem, rogans me notarium infrascriptum ut de predictis omnibus ad per-petuum huius rei memoriam publicum de hiis conficiam instru-mentum cum clausulis et addictionibus oportunis, necessariis et consuetis, saltem imperiali modo^k). Actum Muriani more imperiali in parochia Sancti Martini in domo tunc temporis propter morbum habitationis magnifici domini Federici Cornario quondam domini Francisci, in ipso testamento nominati, et suprascripti domini Fran-cisci Bragadino ipsius testaticis viri, dum ibidem super lectum predicta testatrix existeret infirma in casu valde dubioso de morbo pestifero, presentibus domino magistro Iohanne Pomponotius de Mantua physico^l, habitatore Venetiarum in parochia Sancti Bene-dicti, et magistro Antonio tesario telarum de lino, quondam ser Martini de confinio Sancti Apollinaris, testibus ad suprascripta vocatis, habitis et rogatis.

j) *in interlinea D* k) *corretto D* l) *corretto da physicus D*

+ Ego^{m)} Iohanes de Pomponatiis de Mantua phisicus testis subscripsi.

+ Io Antonio de Martino tesero testis subscrripsi.

SN Ego Antonius de Grasselis, ecclesie Sancti Appolinaris presbyter, quondam ser Francisciⁿ⁾ de Venetiis, publicus imperiali ac Veneta auctoritate notarius, premissis omnibus interfui et rogatus scripsi ac publicavi, signo et nomine meo appositis consuetis.

m) queste due firme sono inserite da altre mani D n) corretto da franciscis D

229

Deliberazione del Senato, in cui, lodate le virtù del defunto cardinale Pietro Foscari, si chiede al papa (Innocenzo VIII) che provveda alla vacante chiesa di Padova solo dopo la proposta di un candidato da parte della Repubblica

1485 agosto 26

Registrazione cancelleresca (perg.): AStVen, Senato, Secreti reg. 32 f. 165' (**D**).

MCCCCLXXXV

..... Die xxvi augusti

Ser Lucas Mauro, ser Ioannes Contareno, ser Bernardus Bembo, ser Ioannes de Lege, ser Antonius Marcello, ser Marcus Fusculo consiliarii

Summo pontifici

Allato nunc nobis litteris oratoris nostri istic apud pedes beatitudinis vestre agentis displicenti nuntio obitus reverendissimi domini cardinalis Foscari, cuius personam ob singulares et excellentes animi sui dotes syncero affectu prosequebamur, affecti fuimus ingenti molestia et displicentia, sed postea recordati illum communem cursum cunctis mortalibus naturali instinctu ab omnipotente

Creatore preficxum secutum fuisse quodque innocentissimam eius vitam religiosissimus finis comprobavit et ad feliciorem statum perduxit, diminutus est aliquantum et mitigatus dolor noster. Vacavit per dictam commigrationem episcopatus Padue, que est principalior civitatum quas habemus et que ob multos et non vulgares respectus nobis merito est carissima, oratam et supplicatam, quo enixius et efficacius possumus, volumus beatitudinem vestram dignetur in precipuam gratificationem filialis et obsequentissime mentis nostre in eam supersedere ab omni promotione ad dictum episcopatum, quoisque cum senatu nostro eidem vestre beatitudini nominaverimus unum, quem non dubitamus futurum esse gratum beatitudini vestre et qui satisfaciet et nobis et illi fidelissime communitati nostre Paduane, de nobis et statu nostro optime merite, quem admodum magnopere cupimus, sicuti latius ab eodem oratore nostro de mente nostra plenius^{a)} informato eadem intelligere poterit, quod loco singularis complacentie et obligacionis nostre ascripturi sumus.

De parte	138
de non	0
non synceri	0

a) planius *D*

230

Quietanza di Sebastiano Badoer per aver ricevuto da Francesco di Filippo Foscari denaro preso in prestito dal nipote Giacomo di Urbano Foscari

1486 aprile 17

Originale (cart.): ScRos b. 56 mazzo 11 proc. 116 f. 40. Nel margine inferiore, capovolta, si trova la nota: 1486. *Scrito de pagamento.*

+ Laus Deo. 1486, die 17 aprille in Veniexia
Rezevì io Sebastian Badoer cavalier dal magnifico miser Francesco Foscari quondam el magnifico miser Phelipo el procurator ducati

diexe per nome de ser Iacomo Foscari quondam miser Urbam suo nepote per altratanti have dito ser Iacomo a imprestedo da mi in Milam, come per suo scripto apar, e per sua ciarenza ho scripto questo de mia mam.

231

Divisione dei beni immobili tra i discendenti di Filippo Foscari

1486 maggio 10-12

Copia del sec. XVI (cart.): ScRos b. 37 mazzo 7 proc. 11 f. 5-6' (**E**); eseguita ed autenticata con sigillo da Agostino *Trippa*, notaio della curia del proprio.

Copia del 1607 (cart.): ivi, f. 9-10 (**G**); esemplata da Ottaviano Costantini, notaio della curia del proprio. Si tralasciano le molte varianti di carattere meramente ortografico.

Laus Deo^{a)}. 1486, a dì 10 mazzo, in Venetia.

Al nome dil omnipotente Iddio^{b)}, della verzene Maria e di miser san Vettor. Division femo nui Michiel e Francesco Foscari, fradelli et fioli che fo dil quondam magnifico miser Philippo Foscari, il procurator, et Hieronymo^{c)}, Vettor, Iacomo, Pollo, Alessandro Foscari, fradelli et fioli fo del quondam miser Urban Foscari, fradello di miser Michiel et Francesco Foscari, de tutto'l nostro stabele posto in Venetia et possession di fuora, son^{d)} per^{e)} indiviso tra nui, in questo modo in tre parti equal, come che qui di sotto si contiene.

La prima parte metemo:

La casa grande da San Cassan è sul campo, ch'è condicionada.

Item la casa con la botega dil fenestrer che sono sotto della sopradetta casa, conditionada.

Item la casa sta Berto garbelador, condicionada, che^{f)} è in San Cassan in corte dal forno, confina colle sopraditte.

